Theodore Besterman

234

P S.

Magnencij Rabani Mauri De Laudibꝰ ſancte Crucis opus. erudicione verſu proſaqꝫ mirificum.

Iacobus Vimpfelingius Sletſtatinus. vniuerſis bonarum litterarum amatoribus. S. P.

RAbanus theutonicus: mirificum et artificioſiſſimū opus in laudem ſanctę Crucis. laborioſiſſimo carmine cōtexuit: in quo multa chriſtianę fidei myſteria. multos myſticos numeros. angelorum. virtutum. donorum. beatitudinum. elementorū. temporū. plagaꝝ. menſium. ventorum. librorum Moſi. huius nominis Adam. et aliarū nobiliū rerum vim et dignitatem. ſanctę Cruci cōuenire et adaptari poſſe demōſtrat: innectens verſum verſui. vt et figurę ſuos habeant verſiculos. quibus imagines diuerſę repreſentantur. nec tamen legitimus ordo principalis carminis a ſuo curſu vel tenore abrumpitur. aut intercipit: ita litterę ipſę duplici plerūq; ordini quadrant. Poſt quodlibet etiam carmē ſolutus ſequitur ſermo: verſuū admirandam profunditatem dilucide explanans. O pręclarum et omni veneratione dignum opus. quo nō inmerito Germania (quę talem virum peperit) illuſtris redditur et glorioſa. Fac igitur peculiarem hunc librum tibi candide lector obſecro. quiſquis vere chriſtianus es: vt nouitatem videas. vt ingeniū laudes. vt egregiam venā mireris. vt ad amorē Crucis et crucifixi accendaris. vt deuotus eſſe incipias ei qui pro te paſſus eſt. vt teipſum oblectes in hac dulci arbore. in qua mundi ſalus pependit. in qua eſt omnis ſpes noſtra. refugium noſtrum. medicina noſtra. per quam ſaluati et liberati ſumus. fructum animę tuę inmortalem ex dono dei indubie conſequere. Vale chariſſime in Chriſto lector. Ex heremitorio diui Guilhermi. in ſuburbano Argētinenſi quinto idus ſextiles. Anni ſalutis noſtrę Milleſimoquingenteſimoprimo.

Ioannis Reuchlin Phorcenſis. LL. Doc.
Ad Thomam Anſhelmi Impreſſorem
In Laudem Rabani de Sancta Cruce.

EPAENOS.

Te tem & o Thoma reputo Phorcenq; beatam
Q; per vos Rabani de Cruce fulget opus.
Semina ſcribendi redeunt diſperſa per orbem.
Ars quam venturis occuluere patres.
Accedat propius mens neſcia turpe videre:
Hic latet in pulchro pulchrior æthra polo.
Non crux Andromedę Cepheidis: aut Gañiana
Verris: in hoc dabitur conſpicienda libro.
Sed cui fixus erat hominũq; deumq; creator.
Mundus & innocuus crimina noſtra luens.
Crux hęc plus Rabani: quam Conſtantinia ſplendet
Quondam ſydereis viſio picta notis.
Aerea ſerpentis potuit ſanare figura
Fixa Cruci: noſtra tu mage tutus eris.
Formoſas ſpargit ſeries maculoſa lituras
Partibus in variis: ut notet ordo crucem.
Quo Rabanus Coum facile devicit Apellen
Nil tibi Parrhaſius: nil tibi Zeuſis erit.
Siue leges librum: Polydędala cuncta videbis.
Siue audire libet: cantilat harmonia.
Quare agite ambo duo. titulos creſcatis in altos
Hoc ſolo Rabani ſplendidiore libro
Anſhelmi Thoma. qui chartas imprimis arte
Tu q; ſimul phorce: fons et origo mei.
Vrbs: honor artificum. fabricatrix ingeniorꝫ.
O decus. O Rabani viue ſecunda parens.

Ad magni ingenij virum bonarūꝗ rerum indagatorē ſolertiſſimū · fratrem Nicolaum keinbôs: ordinis ſancti Ioannis Hieroſolimitani. plebanū durlace- num: in mirificum opus Rabani Mauri Fuldenſis abbatis. de laudibus Crucis συστασις ſiue cōmendatio Sebaſtiani Brant.

QVod mihi nuper opus Rabani Nicolae ſacrata
De Cruce miſiſti. deꝗ decore Crucis.
Non potui non multimodo mirarier auſu:
Ducere vel dignum laudibus immodicis.
Et decuit: quis enim Chriſtiue Cruciſue miniſter
Non eciam ſtudeat laudibus ipſe Crucis?
Sed quis digna tamen ſe dicere poſſe putabit
Carmina mirificę. ſaluificęꝗ Cruci?
Deficit in cunctis ſenſus. lingua. ingenij vis:
Mortali attemptant qui canere ore Crucem.
Ille tamen Rabanus doctus pater. optimus auctor.
Auſus idem. vario carminis auſpicio.
Myſteriūꝗ Crucis. laudeſꝗ decuſꝗ pegit:
Et docuit cunctis rebus ineſſe Crucem.
A ſuperis duxit primoꝗ parente: per omnes
Ille creaturas. atꝗ elementa Crucem.
O quantū aggreſſus diuus pater ille laborem?
Quantū onus inmenſum ſumpſit amore Crucis?
Peruigil inſomnes noctes (dubio ꝓcul) egit
Vt laudes poſſet continuare Crucis.
Quo magis indignor: homines q̊ꝗ temporis huius
Execror: admiror. dedoleoꝗ leues.
Non modo ſecordes qui. deſidiaꝗ fluentes
Non digne inſudant. ꝑuigilantꝗ Cruci:
Quī eciam violant. temerāt. modo cōmaculantꝗ.
Contempnūt. horrent. dilacerantꝗ Crucem:
Inſuper & pedibus calcant venerabile ſignum:
Et Cruce ſignatos turpiter interimūt.
Quos ſua pœna manet tandem. Crucis interea nos
Cum Rabano laudes cōcinere uſꝗ iuuat.
Et domino grates referamus. habemus. agamus:
Qui Cruce nos ꝓpria liberat. atꝗ beat.
Te quoꝗ chare pater. meritum Nicolae ſequet̄
Condignū a ſuperis. chriſticoliſꝗ piis.
Qui Cruce ſignatam veſtem geris: hinc Crucis arma
Diligis. obſeruas. amplificare ſtudes.
Das quoꝗ materiam. quo prodeat hoc opus olim
In lucem: & vitam te duce ſuſcipiat.

Iure igitur keinbōs dictus: quia crimine ab omni
Immunis viuis: nec tibi praua placent.
Vnde etiam laudes queris Crucis. atq; trophęum:
Inſtituiſq; bonis artibus ingenium.
Proinde vale nos vmbra Crucis defendat. & alis
Suſcipiat famulos ꝓtegat atq; ſuis.
Et quę ꝑpetuo Crux eſt veneranda decore:
Hęc quoq; perpetuo nos tueatur. Amen.

Ad chriſtianos Iodoci Galli Tetraſtichon.

Diſcite ab infernis ſacra Crux quos ſola redemit:
Qua dignum amplecti ſit pietate crucem.
Cum nuſquam affectus: labor. ingeniū. & memorandi
Vis: ut ſunt iſto tam bene ſparſa libro.

Eiuſdem ad fidelem. induſtrium. diligenteq; impreſſorem Phorcenſem Thomam de Baden.

Perge ut cœpiſti Calcographe docte magiſter.
Mirando miras imprimere ęre notas.
Eſt tibi mens viuax: ars prompta. ex tempore certus
Vſus. & ingenium fertile. docta manus.
Hinc modo Rhabani quas duxti ex arte figuras.
Nemo alius noſtro finget in orbe pares
Ergo age: lima (velut cœpiſti) accedat ad artem
Quam pene vnus habes: prēmia ſola feres.

In laudem carminū Rhabani Theodoricus Greſemundus Legum Doctor.

Rabanus calamo: tabulis indulſit Apelles.
Spirabat quicquid pinxit uterq; manu.
Huius edax raſit tabulas quaſcūq; vetuſtas:
Illius æterno tempore viuet opus.
Carminibus vitam pictæ debetis ideæ:
Linea ſi pereat. carmina non pereunt.

Aliud carmen eiuſdem ad idem

Admirabiliter tornatos inſpice verſus
Rabani: læto ſi quis es ingenio.
Quomodocūq; legas oritur cum carmine ſenſus:
Nam ſeruit multis littera quęq; modis.
Quodq; magis mirum eſt. numeris habitatur imago
Quęq; ſuis: vati hec non labor vllus erant.
Nam licet haud facili conſtent hęc carmina lege:
Illa tamen facili cuncta decore fluunt.

Elegeiacum Ioannis Gallinarij heidelbergenſis ad amatores Chriſti. ut legant Rabanum de laude ſanctę Crucis.

Si quis auet pæana Crucis percurrere Chriſti:
Huc greſſum celeri dirigat uſq; gradu.
Maxima Theutonicę Rabanus gloria gentis
Nobile mirifico carmine luſit opus.
Non ſimilem Germana tulit. non Itala tellus
Et neq; Tarteſſus. nec Rhodanus. nec Arar
Non Helenæ flammas: non infœlicis Eliſſę
Perſtrepit hic vulnus. Tantalidumue thoros.
Non ſonat indomiti feruentia pręlia Martis:
Nec probat ęgis carmina facta modis.
Sacra triumphantis cecinit ſed ſtigmata Chriſti
Arma. quibus ſtygium vicit & ipſe ducem
Quę ſontes herebi manes. tenebręq; nephandę
Tartareus Pluto: Perſephoneq; tremunt.

Ad muſas. ut Rabanum corona ex omnibus aromatū generibus ornent cingantq; Elegiacum Ioannis Gallinarij heidelbergeñ.

Cingite virginea Rabano tempora lauro
Caſtalides vati: palladiaq; coma.
Non Hederę virides deſint. non myrtea ſylua.
Lilia. conueniant purpureęq; roſę.
Cinnama. ſerpillum. buxus. narciſſus. amomum.
Tus. violę. nardus. balſama. myrrha. thymus.
Huc Terebinthe adeas. Iuglandes. roſq; marine.
Huc cum Syluano tu Cypariſſe veni.
Nectite panchęis quicquid generatur in hortis
Quicquid habent Cilices: Ydaliumue nemus.
Quicquid Erythrea querit niger Indus in alga.
Pactolus quicquid vel Tagus ipſe vehit.
Huc etiam croceos apportet Tmolus odores:
Huc et apum hybleos mellifera ora fauos.
Huc cryſtalla ferant gelido de vertice Thauri
Gryphes Hyperborei. Caucaſeęq; ferę.
Huc electra ferant niuei de littore cigni
Eridani lachrymas. et phaetonciadum.
Vos et Hamadryades Nappeę germina campi
Carpite odoriferi graminis omne genus.
Floribus intextis precioſas nectite gemmas.
Tempora Rabano cingite pierides.

Hexaſticon eiuſdem

Indole Dedalea Rabanus ſtamina duxit
Et Labyrintheo fila regenda modo.
Sis quamuis Theſeus Ariadnes numine fretus
Dedalus ingenio: verſibus ipſe Maro:
Arte tamen nulla potes hunc equare poetam.
Tanto igtur vati gloria maior erit.

Pro Laude Carmis operoſi & inſolentioris. Georgij Symler Wimpinenſis. Inopiſicum:

Quanta Maguntine Rabani nomina terre:
Nomina. ꝑpetuam nūc habitura fidem
Corniger auriferis Rhenus ubi labitur vndis
Et vada Theutonico littore Belga ſecat
Dux hic noſter honos (fingat maiora vetuſtas)
Germanis rutilum nobilibuſqȝ decus.
Edidit indicio quid noſtra quid Itala tellus
Poſſit: ad inſolitam dum citat ille chelyn.
Aurea iam ſileant Tarpei ſaxa tonantis
Et Ptolomee machina dicta phari:
Dehinc Crete ſileat & inextricabilis error
Que potuiſſe ferunt dedaleaſqȝ manus.
Hic tibi ſint reſono miracula iuncta theatro:
Famaqȝ de thermis cōcelebrata vetus.
Si cupies Smirne ſuſpenſam dicere molem
Cum ſeſſore graui Bellerophontis equū
Siue Epheſi. ſeu vis Rhodie meminiſſe colūne
Eſt opus hoc cūctis rarius ingeniis:
Vim dedit in numeros illi formoſus Apollo:
Nam cecinit mutis vix imitanda viris:
Andini liceat mirabere plectra cothurni:
Ignorare potes maius & Iliade.
Accedant Thebe. ciuilia buſta Philippi.
Annibal. & culte laus Venuſinia lyre.
Nil erit. ad noſtram quecūqȝ tuliſſe mineruam:
Concedunt illis ſingula imaginibus

Eiuſdem Tetraſticon

Debetur noſtro laus hec primaria vati.
Vtile chriſticolis quod patefecit opus.
Et pinxit roſeo cunctis veneranda cruore
Signa Crucis: ſummi miliciamqȝ dei.

Vincencius in ſpeculo hiſtoriali li. xxv. c. xxviii.

Rhabanus ſophiſta. et ſui temporis poetarum nulli ſecundus fit abbas Fuldē-ſis: qui multa de ſcripuris ſanctis diſſeruit: qui eciam librum de laude ſanctę Crucis figurarum varietate diſtinctum difficili & mirando poemate compo-ſuit: & ſergio pape offerendum miſit.

Anthoninus in chronica ſua: parte ſecunda titulo. xiiii. c. v. paragrapho. i.

Alludit & aſtipulatur eiſdem fere verbis quibus vincencius vſus eſt.

Odilo Abbas Cluniacenſis. in ſermone de laude ſanctę Crucis. ſic inquit

Rhabanus ſeculari ſciencia affatim eruditus: fide catholicus. ſpiritali ſciencia ad plenum edoctus. tale de laude ſanctę Crucis texuit opus et texendo pfecit quo precioſius ad videndum: amabilius ad legendum. dulcius ad retinendū. laborioſius ad ſcribendum non poteſt inueniri.

Martinus in chronica ſua ſub Ludouico pio. filio Caroli magni

Eo tempore floret Rhabanus monachus abbas Fuldenſis. poeta magnus. & in ſciencia theologiæ preclarus

Platina in Gregorio quarto

Sunt qui ſcribant rogatu Ludouici Gregorium ſanctorū omniū celebritatem Kalendis nouembris inſtituiſſe: eamqꝫ rem magnopere a Rhabano monacho theologo inſigni carmībus et proſa laudatam fuiſſe: in his enī duobus dicendi generibus vir doctus ut illa maxime tempeſtate ſatis valebat. Commentatus eſt idem Rhabanus et librum Paralipomenon & Machabeos. habuit eciam ſermones ſatis elegantes ad populum: ſed is potiſſimū laudatur quem habuit in celebritate omnium ſanctorum.

Wernherus Weſtualus carthuſienſis Agrippinus In faſciculo temporum ſub Ludouico Primo.

Rabanus poeta & monachus, poſt abbas Fuldenſis. Deinde Archiepiſcopus Maguntinus doctor magnus claruit & plura ſcripſit.

Iacobus Philippus Pergameñ in ſupplemento chronicarum.

Rabanus monachus & Maguntinus Archiepiſcopus. Theologus clariſſimus et inſignis poeta. In proſa & carmine plurimum valuit.

Ioannes Tritemius Abbas Spanemenſis De ſcriptoribus ęccleſiaſticis.

Rabanus Theutonicus ex ciuitate Fuldenſi in buchonia: vir in diuinis ſcripturis eruditiſſimus. & in ſæcularibus litteris nobiliter doctus: philoſophus. rhetor. aſtronomus & poeta ſubtiliſſimus: cui nec Italia ſimilem. nec germania peperit ęqualem. Scripſit tam carmine quam ſoluta oratione multa volumina: maxime in ſcripturis ſanctis fere ſuper utroq; teſtamento. et de laude ſanctę Crucis cuius exordium Rex regum dominus.



Sedis apoſtolicę p̄reſes moderator & orbis
Immortale iubar. portus & aura tuis
Dexter ames terras: & quę tibi munera prebet
Auctor inauditi carminis: ipſe colas
Materiam ſumpſit qua non eſt dignior ulla
Quę ſit vel proſa, vel celebranda modis
Carmen Apellee dic viuat imagine formę
Donec erit terris aurea Roma caput
G: S

Interceſſio Albini pro Mauro.

SAncte dei preſul meritis in ſecula viuens.
Cauſam quam ferimus ſuſcipe mente pia.
Nempe ego cum fueram cuſtos humiliſq; miniſter
Iſtius ecclesie. dogmata ſacra legens.
Hunc puerum docui diuini famine verbi
Ethice monitis. et ſophie ſtudiis
Ipſe quidem francus genere eſt. atq; incola ſylue
Bochonie. huc miſſus diſcere verba dei.
Abbas namq; ſuus. Fuldenſis rector ouilis
Illum huc direxit ad tua tecta pater
Quo mecum legeret metri ſcolaſticus artem.
Scripturam et ſacram rite pararet ouans.
Aſt vbi ſex luſtra impleuit iam ſcribere temptans
Ad Chriſti laudem hunc edidit arte librum.
Quo typicos numeros tropicas et rite figuras
Indidit. vt dona panderet alma dei
Paſſio quid Chriſti mundo conferret honoris.
Qualiter antiquum vinceret et chelydrum.
Quod ſic venturum ſancti cecinere prophete
Ac libri legis grammate rite dabant.
Et quia ſe meminit nutritum in domate claro
Iſtius ecce loci hinc tibi dona feret.
Que licet indigna et ſint vilia. tu tamen ipſa
Patronus mitis accipe queſo pie
Altithrono et redde pignus quod preſtitit ipſe
Inſtanter poſcens artifici veniam.
Qui quantum potuit. non quantum debitor ipſe
Extitit. vt grates redderet ore deo
Crimine pro miſeri largas tu funde potenti
Alme preces domino. ſicq; iuuato tuum
Qui multa infanda ſemet egiſſe fatetur
Aetas laſciua quanta patrare ſolet.
Sed ſpes firma manet. bonitas et magna tonantis
Ipſum quod ſaluet omnipotens medicus.
Sanguine qui proprio laxauit debita mundo
Abluit et fonte crimina multa ſacro.
Tantum tu precibus ipſum meritiſq; ſacratis
Commenda Chriſto. ſicq; beatus erit
Preſentem et vitam peragat. ſoſpeſq; future
Seruetur patrie. protege ſancte tuos.

PONTIFICEM SVMMVM SALVATOR CHRISTE TVERE

T SALVVM NOBIS PASTOREM IN SECVLA SERVA

RESVL VT EXIMIVS SIT RITE GREGORIVS ALME



ECCLESIE CVSTOS DOCTORQVE FIDELIS IN AVLA


Pontificem ſummum ſaluator Chriſte tuere
Et ſaluum nobis paſtorem in ſecula ſerua
Pręſul vt eximius ſit rite Gregorius almę
Eccleſię cuſtos, doctorqꝫ fidelis in aula.

COMMENDATIO PAPAE.

SEdis apoſtolicę princeps. lux aurea Rhomę
Et decus et doctor plebis. et almus amor.
Tu caput eccleſię es. primus patriarcha per orbem.
Pręclarus meritis. et pietate potens.
Sal terrę. mundi lux. atq; vrbs inclyta Chriſti.
Perpetuę prebens lucis iter populo.
Veſtra valet cęlum reſerare et claudere lingua
In terra poſitus clauiger ęthereus.
Tu renouator ades patrię. ſpes. rector. honorq;.
Dulcis amor cunctis. dignus amore dei.
Tempora ſunt huius vitę nunc plena periclis:
Bella mouent gentes. hoſtis vbiq; furit.
Vnde opus eſt valde tua ꝙ protectio fortis
Succurrat miſeris. quos inimicus odit.
Eripe ſancte piis monitis. precibuſq; ſacratis
Commiſſum tibimet paſtor ab hoſte gregem.
Vt tua laus maneat. merces. et gloria ſemper.
Cum Chriſto in cęlis regna beata tenens.
Principi apoſtolico Petro coniunctus in ęuum.
In terris vicem cuius et ipſe geris.

Offert munus Pontifci.

Pręſul amate deo te papa Gregorius oro.
Intra oues proprias me vt miſerum numeres.
Siſq; tui famuli protector verus. et ipſum
Aeterno domino reſtituas precibus.
Qui ſe totum offert. parua hęc et dona miniſtrat
Commendans tibimet ſeq; ſuaq; ſimul.
Per te vt alma Crucis laus nunc acceptior extet
Principi apoſtolico munera miſſa Petro:
Quę Chriſti ad laudem conſcripta eſt tempore priſco
Ludere dum libuit carmine verſifico.
Credo quidem memet per te conquirere poſſe
Vitam quam nequeo per propria merita.
Te deus ęternus mundi mitiſſimus auctor
Tempore longeuo protegat atq; regat.
Vt valeas. vigeas ſanus. et proſpera captes
Hic. et in ęternum regna ſuperna metas.
Te vigilem ſeruet qui non dormitat in ęuum:
Nominis atq; tui reſtituat meritum.
Vt vigilet cautus paſtor. Gregorius aſſis
Sancte tuis ouibus: papa beate vale.


Rexregumdominusmundumdicionegubernans
Imperiiacſceptrumregnansqiiureperenni
Immortaletenescumcriminamultaparentum
Laxaſtiincruceiuſtitiaecumfrenalocaras
Omnibusergotuiſiſſeruiſſuperaſtrabeatam
Sperarchincvitãieſucitochriſtedediſti
Doniqueeſtmodoctiſtedcuſpatriſqetuiqe
Nuncnomenodritetuumiamcunctaſtupebant
Saeculaduumenverticeqodgeſtaturamica
Summixp̃icoleduceſignatritegerendumhoc
Periuſtamq:thronumaudoqodtollerelegem
Atq:deccetrotumauguſtusnutuexcolatorbem
Namhocfaenuſtantogirandocardineprodit
Orbsſciaſtutgaleaconſultucaeſariſoret
Auguſtopureferatalmamhinclaudecoronam
Namoptimadextramvirtũsdiuinaparetarte
Stipsiieſtuadetq:triumfumpoſcimusomnes
Iamalmumiuſtoiuſticiaequodregnetubiqe
Haecſiliceinduatatquéligaturgiretamico
Dumadferetloricaplacitumſicipſaparatum
Optemusnosſemperamicumquempiechriſtus
Retutaturquamnullusiaculopremitaſtfur
Fasvelinillopoteratboſtiſcriminediro
Defenſorartiſſedfirmumonſtratamandum
Iusornatulaneatcaeſariſobtinethauſtum
Omenfitqcomneactutumimperiummanetorbe
Enregnagraiumomneperaeuumuneradonant
Etperſadatſicqueeiusſoboliſlatusambit
Gensplebſletapropagoſuccinnampiedonat
Muſamviuatcdensmaneatſcitſcutúetamare
Spemexſulſceptratenendodumfideidatubiq:
Remhauſtudoneceſſaeclaſuadcpellitabarte
Queformoſcīuratenebunttelaneſasſint
Etſedareq:ietterraeſolidandaptoreruiam
Quameſtſolidusperrmanetegitauguſtrouile
Transformatorbiſcriſticumclaratribuita
Iurecolendidummemoreq:trophcaparansdat
Quachocſintnomenubiq:meansdeuorumabore
Nemperonaturgetqueprobepectusdiuamari
Sittremoreſtquebonaediuinomunerefamae
Proficitindcorbemadidumfretumínlíciraq:
Sicabicitportumcruccdatlaeſumſeqiturq:
Huncutibienimindodatumoſempercaſt:q:piuſq:
Caeſarlargemodovíſutucaſtrainimiciaſt
Terreſſpemqetimoraltvinimicafugansdat
Tupiusetgratnimiumptonumrogathaecgens
Adveniamireanimusnobiſadiuſſaparentis
Conſcripſidudumnameriſtilaudelibellum
Verſibusetproſatibiqemnuncinduperator
Offeroſanctelibenscuiuspraeceditimago
Stansarmataſidevictoremmonſtratubique

REx regum dominus mundum ditione gubernans.
Imperij ac ſceptrum regnans qui iure perenni
Immortale tenes. cum crimina multa parentum
Laxaſti in Cruce iuſticię cum frena locaras:
Omnibus ergo tuis ſeruis. ſuper aſtra beatam
Sperare hinc vitam Hieſu cito Chriſte dediſti:
Doni quę eſt modo Chriſte deus patriſcꝫ tuicꝫ:
Nunc nomen id rite tuum iam cuncta ſtupebant
Sęcula. dudum en vertice quod geſtatur amica
Summi chriſticolę duce ſignat rite gerendum hoc.
Per iuſtamcꝫ thronum auido quod tollere legem
Atcꝫ decet. totum Auguſtus nutu excolat orbem:
Nam hoc fœnus tanto girando cardine prodit.
Orbs ſcia.t vt galeam conſultu cęſaris oret.
Auguſto pure feret almam hinc laude coronam:
Nam optima dextram virtus diuina paret arte.
Stips Hieſu tua detcꝫ triumphum. poſcimus omnes
Iam almum iuſto iuſticię quod regnet vbicꝫ.
Hęc ſilice induat atcꝫ ligatu giret amico.
Dum affert lorica placitum ſic ipſa paratum.
Optemus nos ſemper amicum. quem pie Chriſtus
Re tutatur quam nullus iaculo premit. aſt fur
Fas. vel in illo proterat hoſtis crimine diro:
Defenſor artis ſed firmum monſtrat amandum
Ius ornatu laneat cęſaris obtinet hauſtum.
Omen fitcꝫ omne: ac tutum imperium manet orbe.
En regna graium omne per ęuum munera donant.
Et perſa dat. ſicque ęius ſobolis latus ambit.
Gens plebs lęta propago ſuccinnam pie donat
Muſam iuuat edens maneat. ſcit ſcutum et amare
Spem exul ſceptra tenendo. dum fidei dat vbicꝫ
Rem hauſtu donec ſęcla ſua depellit ab arte.
Quę formoſe iura tenebunt tela nefas ſint:
Et ſedare qui et terrę ſolidanda proteruiam.
Quam eſt ſolidus permane tegit Auguſtus ouile.
Tranſformat orbis Chriſti cum clara tributa.
Iure colendi dum memor ęcꝫ trophea parans dat.
Quę hoc ſint nomen vbicꝫ means. deuotum ab ore
Nempe tonat. vrgetcꝫ probe pectus diu amari
Sit tremor eſtcꝫ bonę diuino munere famę.
Proficit inde orbe madidum fretum illicitacꝫ.

Sic abicit portum. Cruce dat Ieſum ſequiturq;
Hunc tibi enim indo datum o ſemper caſtuſq; piuſq;
Cęſar large modo viſu tu caſtra inimici aſt
Terres ſpemq; timor altus inimica fugans dat.
Tu pius et gratus nimium pronum rogat hęc gens
Ad veniam ire animus nobis ad iuſſa parentis:
Conſcripſi dudum nam Chriſti laude libellum
Verſibus & proſa. tibi quem nunc induperator
Offero ſancte libens. cuius pręcedit imago
Stans armata fide victorem monſtrat vbiq;.

DECLARATIO.

O Chriſte ſaluator rex regum et dominus dominorũ. qui mundum propria dicione gubernas. et ſceptrũ incorruptibile tenendo iure pꝫnni ſuper omnia regnas: tu crimina mlta parentũ noſtrorum in Cruce deleſti: qñ humano generi iuſticię frena cõſtituiſti. atq; tuis fidelibus in cęlis beatã vitam ſperare. velociterq; adipiſci poſſe dediſti. Ergo tui muneris eſt largiſſimi patriſq; tui filꝫ potentiſſimi. quod nomẽ illud tuũ ineffabile oĩbusq; ſeculis dudũ terribile. nunc piiſſimi prĩcipis vertice geſtatꝫ honeſta religiõe. q̃ ab oĩbus veneratꝫ celeberrima. Hinc q̃q; oſtẽditur: quod eius auctoritate atq; defẽſione Auguſtũ imperiũ firmiter tenetꝫ. et cuiq; auaro religioniq; chriſtianę cõtrario. ꝑ iuſtum iudiciũ ꝑtãs aufertur: vt rͥligioſi principis nutu totus orbis regatꝫ Nam largitio ampliſſima munerꝫ illius hoc vbiq; ꝓdit: ad laudẽ venerãdi impatoris terrarꝫ pplõs ꝓuocans. q̃tinus cõi conſilio eius defenſionẽ oẽs paritꝫ q̃rant. Quod qdem nos tui famlꝫi Chriſte mitis ſaluator ſupplices petimus. quatinus ꝑ vexillum ſanctę Crucis. tua ſacratiſſima virtus ipius dexterã diuina ĩbuat arte. atq; triũphum vbiq; cõferat iuſticię. Hęc q̃q; illũ thorace fidei adamãte duriore ĩduit. quę ſilꝫ & ornatũ decentiſſimũ. et munimentũ cõfert fortiſſimũ. Vnde neceſſe eſt vt nos piter cũ õni pplõ chriſtiano. eius amicicię grãm optemus: quem dñs Chriſtus ita protegens cuſtodit. vt nullus inſidiãs eũ aliq̃ mõ nocere poſſit: vel famam eius iuſtiſſimã aliq̃ crimine maculare: ſed defẽſor omp̃s adiutor boni ſtudij eius et bonę volũtatis. conſtãtiam et verę innocẽcię formã in eo nobis ſemp imitabilẽ ꝓponit. vultq; vt nobiliſſimi Cęſaris omẽ fœlicẽ habeat actũ. hincq; eius imperiũ terra ſilꝫ et pelago tutũ maneat. Nam gẽtes. gręcorꝫ dona p̃cioſiſſima illi deferũt. ſilꝫiter et regna perſarum nec non et cetere gentes ipſius ſimul eiuſq; prolis latus tuendo frequentant maxime gens Germanię & populus Francorum (de quibus eius nobilis proſapia originem traxit) in eius laudibus cõcinit. vitam illi et proſperitatem continuã exoptãs. exul quoq; quicũq; priſcis tꝑibus a ſede ꝓpria ab errauit. eius triũphos amãdo mõ reditũ velocem ſperat: quia ſceptra tenẽdo fidei verbũ ſpargit vbiq; donec populũ ſuum a vetuſto ſcelerũ vſu purget. q̃ iuuãte Chriſto firmitꝫ fidei catholicę iura tenebit: ne fruſtra verbi iacula pro-

ferat. ſed ſint arma potētia deo in omne opus bonum. et Chriſti fide roborata carnis ꝑteruiam domēt. O quā ſolidus fide & ſtabilis in chriſtiana religione manet. qui oues ſibi cōmendatas diligēter omni hora cuſtodit. et penſū dn̄ici ſeruicij cultūq; diuinū ſtrenue ab omnibus ſibi obtempantibus expetit. dum ſupni regis vexillū cūctis honorandū eſſe oſtēdit. & ad p̄dicandū Chriſti euā/gelium vbiq; doctores ſuos dirigit: q duricordes ſermonibus ſuis molliant. et ad percipiendū bonum odorē virtutū. diuina gr̄a opitulāte pducant: vt luxus ſęculi ſpernāt. et in Chriſto ſpē collocātes ipſius paſſionibus cōmunicare ap/petāt. Ecce tibi o impator clemētiſſime atq; ſctiſſime p̄ſens offero munus omi deuotione ſubiectus: q terribilis extas aduerſariis. inimicoꝝ terga pſequens. et placidus es deuotis. clemēter cōuerſis veniā tribuēs. Oīs gens. omnis nacio tuā voluntatē facere expetit: noſq; tui miſeri famuli clementiā tuam ꝑnis ob/ſequiis adire optamus. eiuſq; votis obtēperare in omibus deſideramus. Nam libellū quē in honore ſanctę Crucis dudū ꝓſa metroq; cōpoſui. nūc tuę ſere/nitati offero ſupplex. depcās. vt q ſcuto fidei. lorica iuſticię et galea ſalutis de/cēter es ornatus: nos ſub tua defēſione Chriſto militātes munire digneris. atq; ad portū ſalutis ęternę in augmentū p̄miorum tuoꝝ dn̄o adiuuāte pducere. Continet aūt p̄ſens Imago ſereniſſimi impatoris Hludouici. xv. verſus metro dactilico tetrametro cōſcriptos hoc mō. Hieſu Chriſte tuum vertice ſignum. Auguſto galeam conferat almam. Inuictam & faciat optima dextram. Virtus Hieſu tua det que triumphū. Iuſto iuſticię induat atq;. Lorica ſemper placitū amicum. Quā nullus iaculo proterat hoſtis. Sed firmū maneat Cęſaris om/ne. Ac tutum imperium omne per euum. Sic que eius ſobolis læta propago. Succedens maneat ſceptra tenendo. Donec ſęcla ſua iura tenebunt. Et terrę ſolidus permanet orbis. Chriſti dum memoret nomen vbiq;. Et verbum do/mini predicet vltro: In circulo autē qui caput eius cingit duo verſus adonici metri cōtinentur iſti. Tu Hludouicum Chriſte corona. Crux vero quā dexte/ra geſtat. hos tenet verſus metri aſclepiadij. In Cruce Chriſte tua victoria ve/ra ſaluſq; Omnia rite regis. Scutum vero quod ſiniſtra tenet. elegiaco metro conſcriptum eſt hoc modo. Nam ſcutum fidei depellit tela nefanda. Protegit Auguſtum clara trophęa pars. Deuotum pectus diuino munere fretum. Ille/ſum ſemper caſtra inimica fugas.

INCIPIT PROLOGVS.

HOrtatur nos lex diuina ad deferendum domino dona. nec excipit aliquem. ſed ab omnibus ſpontaneā expetit oblationē: cū Moiſi dominus p̄cepit ita dicēs. Loquere filiis Iſrahel vt tollāt mihi primicias. ab ōmi hoīe q offert vltroneus accipietis eas. Vbi nullus excuſationi locus dat᷑. qn̄ volūtas prōpta querit᷑ et nō neceſſitas īponitur. ſed vniuſcuiuſqꝫ ꝓprio arbitrio relīqtur. Vnde ipē hęc legēs. aīm deuotū inpēdens. offerebā has primicias. in laudē ſc̄tē Crucis expēſas: q̄ colūna eſt cęleſtis ędificij. in qua videlicet cōſtructa eſt domus Chriſti. ipſi arbitri interno q me conſpicit nō ſupba intētione. ſed humili deuotione qcquid ſua gracia poſſum. in eius laudē volens cōferre: qui nō ſecundū faciem ſed ſecundū cor iudicans. nō eſtimat quātitatē muneris. ſed quantitatē deuotionis. Nec enī arbitror me poſſe aliqd ſanctę Cruci decoris cōferre. q̄ claritate ſua cūcta clarificat: ſed claritatē eius et maieſtatem ppetuam. laudibus qbuſcumqꝫ poſſum cōſeruis meis p̄dico: vt ſepius eam legētes ac ſedulo conſpicientes. noſtrā in ea redēptionem aſſidue cogitemus. redēptoriqꝫ nr̄o inceſſāter gracias agamus Qui cū nullius egeret. ſempiternūqꝫ regnū vna cū patre et ſpūſancto hēret: ſemetipm exinaniuit formā ſerui accipiēs. fc̄tūs obediēs prī vſqꝫ ad mortē. mortē aūt Crucis. Semel q̊qꝫ pro pc̄tis noſtris mortuus eſt iuſtus ꝓ iniuſtis: vt nos offerret deo. faceretqꝫ nos regnū et ſacerdotes deo patri. Quaꝓpter rogo vt quicūqꝫ textum huius opis pſpexerit. non ſtatim ꝓpter artificis vilitatē ſpernēdo abiciat: ſed ſi velit et poſſit legat. et oculo ſanę fidei intuēdo atqꝫ p auctoritatē diuinarum ſcripturaꝝ diiudicādo. q̊d in eo catholice et recte repererit diſputatū. ei hoc tribuat a q̊ eſt omne bonū: ſi quid aūt minus recte atqꝫ incōſiderate inuenerit ꝓlatum. magis meę īpericię q̄ malicię deputet. q catholicę fidei quantū poſſū rectitudinē ſemper deſidero et inhiāter diſco. eiuſqꝫ iura quantū ſupna gracia cōcedit ſeruare cōtendo. Atqꝫ ideo cui erraſſe videor humilit᷑ ſuggero. vt vel viua voce ſi preſens ſim. vel per ſcripta ſi abſens. errorem meum mihi intimare non tardet. Sin autem propter longinquitatem terrarum. ſeu ꝓpter aliam aliquam impoſſibilitatem neutrum horum facere poſſit. ſiue etiam me a preſenti vita cōſtiterit exceſſiſſe. precor vt pro reatu meo clementiſſimū iudicem deprecetur: quatinus ipſe quē humanę infirmitatis nihil latet. erroris mei vincula diſſoluat. et ſuę remiſſionis gracia peccatorum mihi veniam donet. Hocqꝫ idem me. quam diu vixero in hoc corpore acturum exopto. ideſt pro meis et pro aliorum erratibus quotidie preces fundere: vt ipſe pius ſua gracia et errantes corrigat. et erratorum indulgentiā tribuat. De cętero aūt moneo lectorem vt huius conſcriptionis ordinē teneat. et figuras in eo factas ſeruare non negligat: ne operis precium pereat. et vtilitas lectionis minuat᷑. Quod vt facilius poſſit. vniuſcuiuſqꝫ figurę rationem in ſequēti ſibi pagina proſaico ſtilo intimare curabā: ſubternectens expoſitionē eius ſimul et verſus. qui in ea cōſcripti ſunt. Si quē aūt mouet cū vniuſcuiuſqꝫ paginę. verſus eiuſdē numeri

deſcribere decreueri. cur aliquas notas ſiue punctos eis interſeruerim. agno/ſcat me hoc non tam neceſſitate quam voluntate feciſſe. vt lucidior ſenſus et locutio in eis fieret. Nec hoc quidem vulgo nec frequēter feci. nec ſine aucto/ritate maiorum. Nam nō recordor alicubi me feciſſe in ipſis verſibus pūctos. niſi vbi quę pronomen. vel que coniunctio fuit. vel vs finalis ſillaba dictionis quod idem et Porphirius fecit: ſecundū cuius exēplar litteras ſpargere didici. et pro m littera alicubi virgulam. ſuper antecedētem ſibi vocalem notaui. Feci quoq͛ et ſynalœpham. aliquādo in ſcriptu in oportunis locis ſinalœpharum. quod et Titus Lucrecius non raro feciſſe inuenit. V quoq͛ inter q et aliquam vocalem poſitam aliquando intercepi. ſimiliter et h aſpirationem. maxime cū v taliter poſita a grammaticis nihil eſſe iudicatur. et h non littera ſed nota aſpi/rationis eſſe conuincitur. Si autem metricis omnibus. qui ſolummodo metri genus et pedum regulā ſeruant. poteſtas non minima datur per metaplaſmos et ſcęmata atq͛ tropos. et cetera quę poetis abundantiſſime a grāmaticis con/ceſſa ſunt. cur non mihi? qui non ſolum genera certa metrorum et pedes legit/timos. ſed etiam ſeriem et numerum litterarū. et figurarum modū diligēcius ſeruare curaui. Ante omnia quoq͛ obſecro vnumquenq͛ qui hoc opus legerit: ne inuidię ſtimulis contra me excitetur: vt laborem meum diſſipare cōtendat. ne dum hoc quod ego ad laudem dei parare ſategi. ille delere ſtudeat: et ſibi magis nocere ſtudeat quam mihi: et dum ſanctę Crucis gloriam per meā hu/militatem audire non ſuſtinet: crucifixi regis offenſam incurrens. redemptio/nis gratiam quę in Cruce eſt non conſequatur.


Muſacitaſtudiogaudensnuncdicerenumen
Noſtracupitparitercarmineetalloquiis
Donapatrisſummiqaelargusredditorbi
Regisetaltithroniſanctatrophaeaſimul
Quaecruxeſtſacracrucifixinumineplena
Omnibusaptabonisſtirpsverandaſatis
Hancegopauperegenusinopsenoreloqella
Temptauihicfamulusſonsdareethocoriar
Necmefactapiantquoddignummuneretanto
Meforeadhoccredamſicquoqementeprobum
Sedmihilargadeibonitasſpesmaximavoti
Eſtquaemepromptumlausdabatexhilarans
Pauperisetviduaenonſpreuitraraminuta
Sedtulitipſaprobansarbiteromnitenens
Atqueorbedominansqiſancitſolusetvnus
Cunctavenuſtabonahanclaudebeauitamor
Mandatumveterenempeeſtetlegequibuſqe
Muneravtaptadarenttemplaadhoneſtadei
Parsdeditargentumparsaurimuneraclara
Parstribuitgemmasparsqoqetinctadedit
Lignaoleumqidampigmentaquecaradedere
Multaq:magnadomusmonſtratvbiquemicans
Aſtaliiſetastulerantpiloſquecaprarum
Necfuerantſpretihidonaferendodeohaec
Quapropterrogitonummatumdiuesvtiſtic
Viliacumportemhincſpernerenollitonus
Ipſelicetgazasinmenſasconferatamplis
Agminibusfultustemplaonerandodeihinc
Hisegononmotusconturbornamimpievultu
Sedgratulansſpeculorcreſceredonaſibi
Illequoqueexoſavthabeatmeamuneranolo
Sedmagiseſſeſciatqualiacumquedeihaec
Exprobratipſedeoqideſpicitaceregenum
Cuiusegenushiceſtcuiusetomnishomoeſt
Enqantumtribuotribuitmihiieſusamator
Sintſuafactapiehiccunctaquehicrapiat

PRAEFATIO.

MVſa cita ſtudio gaudens nunc dicere numen
Noſtra cupit. pariter carmine & alloquiis.
Dona patris ſummi. quę largus reddidit orbi:
Regis et altithroni ſancta trophęa ſimul.
Quę Crux eſt ſacra crucifixi numine plena
Omnibus apta bonis. ſtirps veneranda ſatis.
Hanc ego pauper. egenus. inops. en ore. loquella
Temptaui hic famulus ſons dare et hoc oriar.
Nec me facta piant quod dignū munere tanto
Me fore ad hoc credam. ſic quoqꝫ mente probū.
Sed mihi larga dei bonitas ſpes maxima voti
Eſt. quę me ꝓmptum laus dabat exhilarans.
Pauperis et vidue non ſpreuit rara minuta
Sed tulit. ipſa ꝓbans arbiter omnitenens:
Atqꝫ orbe dominans qui ſancit ſolus & vnus
Cuncta venuſta bona hanc laude beauit amor.
Mandatum vetere nempe eſt & lege quibuſqꝫ:
Munera ut apta darent templa ad honeſta dei.
Pars dedit argentū pars auri munera clara:
Pars tribuit gemmas: pars quoqꝫ tincta dedit.
Ligna. oleum quidam. pigmentaqꝫ cara dedere.
Multaqꝫ magna domus monſtrat ubiqꝫ micans.
Aſt alii ſetas tulerant. piloſqꝫ caprarum:
Nec fuerant ſpreti hi dona ferendo deo hęc.
Quapropter rogito nummatū diues ut iſtic.
Vilia cum portem hinc ſpernere nollit onus
Ipſe licet gazas immenſas cōferat amplis
Agminibus. fultus. templa oneranda dei hinc.
His ego non motus cōturbor nam impie vultu:
Sed gratulans ſpeculor creſcere dona ſibi.
Ille quoqꝫ exoſa ut habeat mea munera nolo:
Sed magis eſſe ſciat qualiacūqꝫ dei hæc
Exprobrat ipſe deo qui deſpicit acer egenum:
Cuius egenus hic eſt: cuius et omnis homo eſt:
En quantum tribuo tribuit mihi Ieſus amator.
Sint ſua facta pie hic cuncta que hic rapiat.

Finis prefationis. Sequitur liber primus.

Prima figura. De imagine Chriſti in modum Crucis brachia ſua expandentis: & de nominibus eius ad diuinam ſeu ad humanam naturam pertinentibus.



ASt ſoboles domini et dominus dominantium vbiq;. hic
Expanſis manibus morem formantis habendum en
Perdocet. hunc vnum grex iuſtificat. colit atq;.
Et ſic more fatigantis Cruce nam ſua membra hac
Rite probant plebes. iuris ſpondetq; parentem
Nam hunc ſcriptura. et oro altorum culmine Hieſum.
Et probo: quod rex. aſt iudęa inuenta malorum eſt
Quę occidit regem. is viuax tamen atq; potenter
Tela rupit vah martia. Eſaię dogmata complens.
Primum nos ſimus alacres. tubitet male quiſq; hinc
Aeternum dominum tacet. o auctor ſanctus hic orbe eſt:
Tradi ſummi cuncta decent. quia ſanguine demptam
Dextera deripuit prędam proba. ſancta. profundo:
In Cruce ſic poſitus dederat deus arce coronam.
Principium hic deus. emmanuel. ac finis. origo eſt.
Lux. et imago patris. os. ſplendor. gloria. Chriſtus
Homouſion patri. ſol. verbum. ex lumine. lumen cum
Aequa manus domini. ſeu virtus. duxq; propheta eſt.
Quem vnigenam iuſte. quem primigenam ore fatemur:
Nazareus. cum offenſio fit. ac ſcandalum iniquis
Angelus. atq; lapis. ſcanſuro hinc ianua mundo.
Induta en veritas veſte. quid dogmate Chriſtus
Indicet exponam: legem parua hęc quoq; veſtis
Significat. namq; hic tegitur in grammate raro
Summipotens auctor: qui continet omnia rector.
At quem mundus pertinet. aſtra. ac pontus. et ęther.
Noſtraq; natura arta atque ſociata creanti eſt.
Nam auctorem hęc illum (palmo qui claudit et arua)
Obtegit humano aut claudit viſu. ecce potentem.
Ipſe tamen oſtenſus vbiq; ſuo eſt opere orbi huic
Angelus. huic ſponſus. iſte eſt deuotio plebi et
Atq; docens ſapientia. pacificus quoq; cuſtos.
Fons. brachium et panis. diuinaq; petra. magiſter.
Stella. oriens. qui et cura potens. intenta medela.
Clauis et hic Dauid. lęta via. et agnus honeſtus.
Serpens ſanctificans. illuſtris fit mediator.
Vermis homo iſq;. retraxit ab hoſte (et vita) rapina.
Mons. aquila. paraclytus. ſic leo. paſtor. et ędus.
Fundamentum. ouis. ac reddens pie vota ſacerdos.
Melchi pontificis ſadech vinum quoq; panem. et
Qui vitulus. aries. carne de qua eſt ſacra vinctus.

Victima. patreq; cum bene ſit ſatus abſq; caduco:
Qui damna ſenſit et lignea. qui omnibus ante eſt.
Qui aſtra eſt ſydera ęditus omnia luciferum ante.
Virgine hic eſt natus matre. tum tempore in arto
Atq; hominem vt ſeruaret. ad aram hic Crucis iuit.
Qui eſt ſator ęternus. Chriſtus benedictus in euum.

Ecce imago ſaluatoris membrorū ſuorū poſitiōe. cōſecrat nobis ſaluberrimā dulciſſimā et amantiſſimā ſanctę Crucis formam: vt in eius noīe credētes et eius mādatis obediētes. p eius paſſionē ſpē vitę ętnę hēamus: vt quocienſcūq; Crucē aſpiciamus ipius recordemur. qui pro nobis in ea paſſus eſt. vt eriperet nos de ptāte tenebrarum. deglutiens qdem mortē vt vitę ęternę hęredes efficeremur: ꝓfectus in cęlū ſubditis ſibi angelis et poteſtatibus et virtutibus. vtq; recogitemus qd nō corruptibili argēto vł auro redēpti ſumus de vana nr̄a cōuerſatione patnę tradiciōis. ſed pcioſo ſanguīe q̄ſi agni incōtaminati et inmaclati Chriſti: vt ſimus ſcti inmaclati in cōſpectu eius in charitate: vt p hęc efficiamur diuīe naturę cōſortes. fugiētes eius q̄ in mūdo ē cōcupiſcēcię corruptionē. Sūt qppe et in ipa pagīa noīa eiuſdē redēptoris nr̄i verſibus cōprehēſa. q̄dam ex diuinitatis eius ſubſtācia. quedā vero ex diſpēſatione ſuſceptę hūanitatis aſſūpta: vt oſtēderet qd idē mediator dei et hoīm. et pr̄i eſt in deitate cōſubſtācialis atq; coęqlis. et matri in hūanitate ſuſcepta cōnaturalis atq; cōſimilis: quia oēm naturā nr̄am ipſe perfctē ſuſcepit abſq; pctō. Qualitas aūt eorū facile p rōnem ſubtnęam pōt cognoſci: vtrum ad diuinā vł ad humanam eius pertineant naturam. Chriſtus namq; grece a chiſmriate eſt appellates hoc eſt vnctus. Sacerdotes ergo et reges apud iudęos ſacra vnctione in veteri teſtamento vngebantur. et ideo Chriſtus vnctio appellat q rex et ſacerdos eſt: quia nō oleo materiali ſed oleo lęticię hoc eſt ſpūſctō vnctus ē pre oībus participibus ſuis. Chriſtus vero hebraice Meſſias dicit. Hieſus hebręū grece ſother. latine ſalutaris vł ſaluator interpretat: ꝓ eo qd cūctis gētibus ſalutifer venit. Emanuel ex hebręo in latinū. ſignificat nobiſcū deus. ſcilicet qd p virginē natus deus hoībus in carne mortali apparuit. Deus dicit ꝓpter vnitā cū patre ſubſtanciā. Dn̄s ꝓpt ſeruientē creaturā. deus aūt et homo quia verbū et caro. Vnigenitus aūt vocat p diuinitatis excellentiā. quia ſine fr̄ibus. Primogenitus. p ſuſceptionē hoīs in q̄ per adoptionē gracię hēre fr̄es dignatus eſt qbus eſſet pr̄iogenitus. Homouſion pr̄i ab vnitate ſubſtācię appellat. ſubſtācia enī vł eſſencia grece vſia dicit. Omoyſion. vtrūq; enī coniunctū ſonat vna ſubſtācia. Principiū. eo qd ab ipo ſunt oīa. et quia ante eū nihil eſt. Finis. quia dignatus eſt in fine ſclorum hūiliter in carne naſci et mori: vł quia quicqd agimus ad illū referimus et cū ad eum puenerimus vltra qd quęramus nō hēmus. Os dei eſt. quia verbū eſt eius. Nam ſicut ꝓ verbis q̄ per linguā fiūt ſepe dicimus illa vł illa lingua. ita ꝓ verbo dei ponit os. quia mos eſt vt ore verba forment. Verbum autem ideo dicitur. quia per eum omnia pater condidit ſiue iuſſit. Veritas. quia non fallit. ſed tribuit quod promittit. Vita. quia oīa viuificat. Imago dicitur ꝓpter parem ſimilitudinē patris. Figura.

quia ſuſcipiens formam ſerui.per operum virtutumq; ſimilitudinem.patris in ſe imaginem atq; immenſam magnitudinem deſignauit. Manus dei eſt: quod omnia per ipſum facta ſunt. Hinc et dextera: propter effectũ operis totius creaturę quę per ipſum formata eſt. Brachium. quod ab ipſo omnia continentur. Virtus. quod omnem patris poteſtatem inſemetipſo habeat et omnia poteſt. Sapientia. quod ipſe reuelet myſteria ſcientię et archana ſapientię. Splendor: propter quod manifeſtat. Lumen. quia illuminat. Lux. quia ad virtutem contemplandam cordis oculos reſerat. Sol. quia illuſtrator. Oriens. quia luminis fons. et quod oriri nos faciat ad vitam ęternam. Fons. quia rerum origo eſt. vl' quia ſaciat ſicientes. Ipſe quoq; A et ω. quia iniciũ et finis. Paracletus ideſt aduocatus. quia pro nobis intercedit apud patrẽ. et ad culpas noſtras remouendas curam gerit. Sponſus. quia de cęlo deſcendens adheſit ęccleſię. vt eſſet duo in carne vna. Angelus dicitur. propter annũciationem paternę ac ſuę voluntatis. vnde et apud prophetam magni conſilij angelus legitur. dum ſit deus et dominus angelorum. Miſſus dicitur. quia verbum caro factum eſt. Homo dicitur. quia incarnatus eſt. Mediator. quia de morte ad vitam nos perduxit. Propheta. quod futura reuelauit. Sacerdos. quod pro nobis hoſtiã ſe obtulit. Paſtor. quia cuſtos eſt. Magiſter. quod oſtẽſor. Nazarenus vero a loco. Nazareus. a merito ideſt ſanctus ſiue mundus: quia peccatum nõ fecit. Siquidem et aliis inferioribus rebus nominum ſpecies ad ſe trahit Chriſtus. vt facilius intelligatur. Dicitur autem panis. quia caro. Vitis. quia ex ſanguine ipſius redẽpti ſumus. Flos. quia electus. Via. quia per ipſum ad deum imus. Oſtium. quia per ipſum ad deum ingredimur. Mons. quia fortis. Petra. quia firmitas eſt credentium. Lapis angularis. quia duos parietes ediuerſo ideſt de circumciſione et preputio in vnam fabricam ęccleſię iungit. vel quod pacem angelis et hominibus facit. Lapis offenſionis. quod veniens humilis offenderunt in eũ increduli. et factus eſt petra ſcandali. Fundamentum autem ideo vocatur. quia fides in eo fundata eſt. vel quia ſupra eũ catholica ęccleſia cõſtructa eſt. Agnus dicitur. propter innocentiam. Ouis propter manſuetudinem. Aries. propter principatum. Hedus. propt' ſimilitudinẽ carnis peccati. Vitulus. pro eo quod pro nobis eſt imolatus. Leo. pro regno et fortitudine. Serpens. pro morte & ſapientia. Vermis idem. quia reſurrexit. Aquila. propter quod poſt reſurrectionẽ ad aſtra remeauit. Nec mirum ſi vilibus ſignificationibus figuretur. qui dum ſit patri coęternus ante ſęcula filius. naturę noſtrę vilitatem non ſpernẽs natus eſt in tempore. hominis filius. Verbum enim caro factũ eſt et habitauit in nobis. Sunt ergo verſus quinq; qui in linea humani corporis ſpeciẽ forinſecus circumdantes conſcripti ſunt. quorum primus incipit a medio digito dextrę manus et ſic in indicem tranſit. poſtea in pollicem ſe erigens et per brachium dextrnm aſcendens. in vertice capitis finit: Qui talis eſt. Dextra dei ſummi cuncta creauit Hieſus. Secundus a capite deſcendens ſimiliter in medio di-

gito ſiniſtrę manus finit iſte. Chriſtus laxabit e ſanguine debita mundo. Tercius a quarto digito dextrę manus qui medicus vocatur incipiens. et per auricularem dextrum brachium ſubtus ducens. in latere dextro vſq; ad ventrem mediū deſcendens. rurſuſq; a dextro genu in radice pedis deſinit. ita. In Cruce ſic poſitus deſoluens vincla tyranni. Quartus in radice pedis dextri exterius incipiens inter media crura aſcendens ad radicem vſq; pedis ſiniſtri exterius peruenit. ita. Aeternus dominus deduxit ad aſtra beatos. Quintus itē a radice pedis ſiniſtri exterius vſq; ad genua aſcendens. et a ventre medio per latus et brachium ſiniſtrum vſq; ad medicū digitum pertingit. ita. Atq; ſalutiferam dederat deus arce coronam. In veſte quidem femora circumdante. ſunt verſus hij duo elegiaci. Veſte quidem parua hic tegitur qui continet aſtra. Atq; ſolum palmo claudit vbiq; ſuo. In cęſarie vero capitis eius ſcriptū eſt. Iſte eſt rex iuſticię. In vultu quoq; et mento papillis et vmbilico continetur iſtud. Ordo iuſtus deo. In corona autem caput cingente iſtud. Rex regum et dominus dominorum. In Cruce namq; quę iuxta caput eius poſita eſt ſunt tres litterę. hoc eſt. A M et ω. quod ſignificat inicium et medium et finem ab ipſo omnia comprehendi.

a iiii

II. figura. De Crucis figura quę intra tetragonum eſt ſcripta, et omnia ſe comprehendere manifeſtat.

O cruxq:excellistot O etdominarisolymp O
C aeleſtesplebeset c larasaccipisilli c
R egnaregendopolic r ucifixinut:etardo r
V ndiq:tealmificatr u beascũſangvinisvſ u
X riſtiquaproptere x regevocaberetudu x
D umqehumanatibiex q uirisdiuinaq:tactu u
V niusaltithronide u otoinlaudishonore e
X riſticolasſocias a tſacrofamineviua x
M ultipliceslaudes e ndasaculminecael i
I nterriscantusquo ſ offertorbisetexu l
S anctificatmundus u ent:tepont:ethicſo l
E xaltatiubilansçũ m ontibusaridacant ũ
R uracanuntſtellis m otutucarminadona s
O rtusetoccaſusaqu i loſicauſteretaur a
L aeticiamregniten e asquodluminelume n
A ltapolipandascon s ignesnumenetiſti c
T antadeidonadiſpe n ſansquiomniafeci t
O cruxquaexp̃iescar O benedictatriumph O
q uantatibidederat t antorũfactoramor e
V iuificantisenimd o nodeusipſeparaui t
O tbeneteextulerat d irenedicerepuppu p
R ancidusisvaleatd e ceptorduxętiniqu i
E xemptamriſitprae d amqilucisabaethr a
D etruſamqediuvolu i tpunirenecandohi c
E npiacruxdominide c antansquispiemuſ a
M agnificarevalett a ntãteetdicerefat u
P ulchranitescultu t eviſugloriacingi t
T axusdirafugitcal a musſetpinushonor i
I nclinanthumilese t cedrosmirramelyr o
O lfactũpauitantna r dusetmiracypreſu s
M axtixtusguttaamm o mumbalſamabidell a
V ictaemaieſtateſu p erſuavotaferuntt c
N ominetuaſperiorm a iorvirtutepiisho c
D onascummercedeme e ntxp̃iantetribuna l
O cruxq:dederasrupt O plebemireabauern O

O Crux quę excellis toto et dominaris olympo
Cęleſtes plebes et claras accipis illic
Regna regenda poli. crucifixi nutus et ardor
Vndiq; te almificat. rubeas cum ſanguinis vſu
Chriſti qua propter ex rege vocabere tu dux.
Dumq; humana tibi exquiris diuinaq; tactu
Vnius altithroni deuoto. in laudis honore
Chriſticolas ſocias: ac ſacro famine viuax
Multiplices laudes en das a culmine cęli.
In terris cantus quos offert orbis. et exul
Sanctificat mundus. ventus. te pontus. et hic ſol
Exaltat iubilans cum montibus. arida cantum
Rura canunt. ſtellis motu tu carmina donas.
Ortus et occaſus. aquilo. ſic auſter. et aura.
Lęticiam regni teneas quod lumine lumen.
Alta poli pandas. conſignes numen et iſtic
Tanta dei dona diſpenſans. qui omnia fecit:
O Crux quę Chriſti es caro benedicta triumpho:
Quanta tibi dederat tantorum factor amore:
Viuificantis enim dono deus ipſe parauit
Et bene te extulerat. dire ne dicere puppup
Rancidus is valeat deceptor. dux et iniqui.
Exemptam riſit prędam qui lucis ab ęthra:
Detruſamq; diu voluit punire necando hic.
En pia Crux domini. decantans quis pie muſa
Magnificare valet tantam te. et dicere fatu:
Pulchra nites cultu. te viſu gloria cingit.
Taxus dira fugit. calamus ſe et pinus honori
Inclinant humiles: et cedros myrrha melyro
Olfactum pauitant. nardus et myrrha. cypreſſus.
Maſtix. tus. gutta. ammomum. balſama. bidella.
Victę maieſtate ſuper ſua vota ferunt te.
Nomine tu aſperior. maior virtute. pii hoc
Donas: cum mercede meent Chriſti ante tribunal:
O Crux quę dederas rupto plebem ire ab auerno.

DECLARATIO.

A ſt hec figura Crucem Chriſti in quatuor cornibus cuncta cõplecti predicat. ſiue que in celis ſiue que in terra ſiue que ſubtus terram ſunt. omnia videlicet viſibilia atq inuiſibilia. viuentia et non viuẽtia. quia quattuor Crucis cornua ſiue quattuor loca intimant. in quibus racionales verſantur creature. ideſt celeſtium terreſtrium et infernorũ et ſuperceleſtium. de quibus et Paulus apoſtolus loquit̃. vt in nomine Hieſu omne genu flectatur celeſtium terreſtrium et infernorum. De tribus Pauli teſtimonium eſt. videamus et quartũ. Laudate dominum celi celorum et aque que ſuper celos ſunt laudent nomen domini. Rurſumq dicunt̃ celeſtia et alia superceleſtia. Siue quattuor ſpecies totius creature. ideſt eſſe. viuere. ſentire. et intelligere. in quibus omnis creatura ſubſiſtit. Nam alia tantũ ſunt. ſed nec viuunt nec ſentiunt neq diſcernunt. vt ſunt lapides. Alia ſunt et viuunt. ſed nec ſentiunt neq diſcernunt. vt ſunt arbuſta et omnia germina terre. alia vero ſunt. viuunt et ſentiunt. ſed non diſcernunt. vt ſunt bruta animalia. quibus vis eſt ſentiendi. ſed nõ ſubeſt racio intelligendi. alia autem ſunt. viuunt. ſentiunt et diſcernunt. vt ſunt angeli et homines. qui eſſencia ſubſiſtunt. vita viuunt. ſenſu ſentiunt. intellectu diſcernunt. Sunt et ipſius anime quattuor affectiones. quibus animantia vel ad bona vtunt̃ vel ad mala. has et antiqui ſubtiliter inuenerunt. et eorũ inuenta probantes poſteri ſuſceperũt. ideſt timere. ac dolere. cupere ac letari. Hec ergo ſi ſancte Crucis preſidio ordinantur atq muniũt. in religioſis hoĩbus ſalutifera eſſe probant̃. licet eas vicia eſſe ſtultitia quorundam ſapientum huius mundi exiſtimarit. Quod ſi ita eſſet et eas niſi pctõres oĩno nõ poſſunt hẽre aut pditi. recte nõ affectus aliq poſſent dici ſed morbi. Aut cum tales animorũ motus inueniantur in ſanctis apoſtolis et prophetis. quis ita deſipiat. vt eos affectus vicia credat? ex quibus deo placuerũt illi. qui viciis plus quam ceteri homines reſtiterunt. Itaq Paulus apoſtolus de timore ſic loquitur. Timeo autem ne ſicut ſerpens ſeduxit Euam aſtutia ſua. ſic et veſtri ſenſus corrumpantur a charitate que eſt in Chriſto. Idem de cupiditate fiducialiter dicit. Cupio diſſolui et eſſe cum Chriſto. Sed et de triſticia quam alij dolorem appellãt idem doctor gentium ait. Quia triſticia eſt mihi magna et continuus dolor cordi meo. pro fratribus meis qui ſunt cognati mei ſecundũ carnem. Nam et ad Romanos ſcribens ait. Gaudeo in vobis. ſed volo vos ſapientes eſſe in bono et ſimplices in malo. Dauid quoq propheta de timore ita ait. Timor domini ſanctus permanet in ſeculum ſeculi. Item. Timete inquit dominum omnes ſancti eius. De triſticia vero ita ait. Contriſtatus ſum in exercitatione mea. Item de concupiſcere idem dicit. Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas in omni tempore. et concupiui ſalutare tuum domine. De leticia quidem idem pſalmiſta exhortans ſanctos dei dicit. Letamini in domino et exultate iuſti. gaudete iuſti in domino. Hunc ergo timorẽ vel dolorem. hanc cupiditatem ſiue hoc gaudium qui reprehendere voluerit.

ipſum reprehendit apoſtolum & ꝓphetam. qui per tales affectiones non ſolū deo placuerit: ſed etiā quoſdā alios ad idipſum exhortati ſunt. et qui extorres horum fuere. inter criminoſos quod eſſent ſine affectu culpauerunt. Nō ergo has affectiones habendo: ſed eis male vtendo delinquimus. quia humanorum affectuū ꝓprietas. hominis indicat creatorem: qualitas vero. bonā vel malā ſignificat volūtatem: ac ſi motus qui in omnibus affectiones ſunt. hę eędē ipſe in bene vtentibus virtutes. et in male vtentibus paſſiones ſiue ꝑturbationes at ut quidam volunt ęgritudines fiunt: illeq̨ eis bene vtitur qui non ſuā ſed dei querit facere voluntatem: ut iam non ſibi viuat ſed ei qui per ſanguinis ſui effuſionem in cruce illum redemit: qui cum apoſtolo dicere poteſt. Ego enim per legem legi mortuus ſum ut deo viuam: Chriſto cōfixus ſum Cruci: Viuo autem iam non ego viuit vero in me Chriſtus. quod aūt nunc viuo in carne in fide viuo filij dei. qui dilexit me & tradidit ſemetipſum pro me. Omnia ergo hęc ſanctę Cruci cōueniunt. quia in ea omniū creator paſſus eſt Chriſtus. Nā paſſio Chriſti cęlum ſuſtentat. mundum regit. tartarum ꝓfodit. In ea confirmantur angeli. redimunt̄ populi. cōteruntur inimici. ſtabiliuntur ſubſiſtentia. animātur viuentia. cōſeruantur ſencientia. illuſtrant̄ intelligentia. Inde timor ductus a pœna. fideles liberat: triſticia ſalubris. pœnitētes a peccatis mundat. concupiſcentia boni. virtutum fructus germinat. gaudiū vitę ſpe confidentes lętificat. Omniū quippe auctor hanc ſanctam ſibi ꝓuidebat machinam. hanc cōſtrui voluit: ut in ipſa reſtauraret et coadunaret oīa per Hieſum Chriſtum dominum noſtrum. Sūt quoq̨ verſus duo in ipſa Cruce conſcripti. quorum prior eſt. O Crux quæ ſummi es noto dedicata tropheo. A ſummo in ima deſcendēs. Alter vero. O Crux quæ Chriſti es caro benedicta triumpho. a dextra in ſiniſtrā Crucis tēdēs. Sūt et ī tetragono circa Crucē quatuor verſus. q̄ꝝ primus qui ſuꝑ Crucē eſt hic. O Crux quę excellis toto et dominaris olympo. Qui vero infra hic eſt. O Crux quæ dederas rupto plebem ire ab auerno. Qui autem in dextra hoc eſt in anachroſticide poſitus eſt hic eſt. O Crux dux miſero latoque redemptio mundo. Et qui in ſiniſtra hoc eſt in teleſticide hic O Crux vexillum ſancto et pia cautio ſæclo. Notandū autem quod O litterā quę circuli habet ſimilitudinē idcirco in quatuor angulis tetragoni & in quatuor cornibus Crucis. necnon et in media Cruce poſuimus: ut oſtenderetur omnia ſanctam Crucem ſua potentia concatenare. et in veneratione Chriſti copulare quę ſurſum et quę deorſum ſunt.

Salue ſancta ſalus chriſti o tu paſſio laeta
Crux veneranda dei doctrix ſapientia lumen
Laus veri cara virtus philoſophia clara his
Quos dant arua ſoli vt culmen condit olympi
Sidereosque choros et candida ſceptra diei
Nãq: ſalus hominum es rerum renouatio pulcra
Te beat orbs totus al aınclyta nempe polorum
Omne genu per te caeleſtum et flectier ambit
Terreſtrum atq: inferi iuxta ſua vincula norũ
Sceptra duces regna curuantis nomine ieſus
At michael princeps habitantũ dux et in alto
Te memorat virtute dei ſimul aethera cuncta
Et regeret tegere eſt es numinis alma quod ara
Quo clipeo exultat fram̃e aqua fortis inibit
Horrida bella draconis ouans cũ milib: almis
Atq: tuas laudes quaeret ſibi praemia victor
Nam iũre hanc ſtatuit ſuſpen ſam act:qe mod:qe
Sorsqe crucem talem hanc aram vera quibusqe
Virtutũ vt restans promat vita ipſa ſenatum
Scripta bona iuſte conſurgunt in cruce vita
Xp̃s se ad petra fidei nimium aucta que senos
Duceret inclinans humilis tum venit ab arce
Et docuit verbis factis documenta reliquit
Ac cruce ſacra pia conpleuit cuncta creator
Hoc gabriel alacer dans clarum famen ad aurẽ
Virginis ora basar cang clus et para.nymphus
Ieſum ſaluantem miãt angens laude triumphum
Orafael medicina dei num te dedit haec crux
Reddere poſſe iubar cuius tunc rite figuram
Monſtrabas caeco quae lumina reddidit orbi
Credim: ergo crucis nri qua in laudibus eſſe
Cũ noua conſonuit pſ l l entum cantio laudem
Angeli in officiũ et ve l iebant iure miniſtri
Hinc rogo caelorũ agmen benedicite chriſto
Qui cruce ſaluauit mundum dans regna beatis
Et veſtrũ numerum compleuit in arce polorum

SAlue ſancta ſalus Chriſti o tu paſſio leta.
Crux veneranda dei doctrix. ſapientia. lumen
Laus veri. cara virtus. philoſophia clara. his
Quos dant arua ſoli. vel culmen condit olympi
Sidereoſq; choros. et candida ſceptra diei:
Namq; ſalus hominum es. rerum renouatio pulchra:
Te beat orbs totus ala inclyta nempe polorum
Omne genu per te celeſtum et flectitur ambit
Terreſtrum atq; infer iuxta ſua vincula norum.
Sceptra duces regna curuantis nomine Ieſus:
At Michael princeps habitantum dux et in alto
Te memorat virtute dei ſimul ethera cuncta
Et regere et tegere. ſtes numinis alma quod ara:
Quo clipeo exultat. framea qua fortis inibit
Horrida bella draconis ouans cum millibus almis.
Atq; tuas laudes queret ſibi premia victor.
Nam iure hanc ſtatuit ſuſpenſam actuſq;. moduſq;.
Sorſq; Crucem talem hanc aram. vera quibuſq;
Virtutum vt teſtans promat vita ipſa ſenatum.
Scripta bona iuſte conſurgunt in Cruce vita.
Chriſtus ſe ad petram fidei nimium auctaq; ſenos
Duceret inclinans humilis. tum venit ab arce
Et docuit verbis. factis documenta reliquit
Ac Cruce. ſacra pia compleuit cuncta creator:
Hoc Gabriel alacer dans clarum famen ad aurem
Virginis orabas archangelus. et paranymphus
Ieſum ſaluantem iam tangens laude triumphum
O Raphael medicina dei. num te dedit hec Crux
Reddere poſſe iubar. cuius tunc rite figuram
Monſtrabas ceco. que lumina reddidit orbi:
Credimus ergo Crucis antiqua in laudibus eſſe.
Cum noua conſonuit pſallentum cantio laudem
Angeli in officium et veniebant iure miniſtri:
Hinc rogo celorum agmen benedicite Chriſto.
Qui Cruce ſaluauit mundum. dans regna beatis:
Et veſtrum numerum compleuit in arce polorum.

DECLARATIO.

MErito quippe ſanctorum angelorũ ordines et celeſtis milicię exercitus. nomine et numero ſanctę Cruci concordant: vt ęterni regis victoriam collaudent. et magnitudinem leticię ſuę honeſto officio predicent. cum non ſolum in hora natiuitatis Chriſti laudaſſe. et poſt in deſerto illi miniſtraſſe ſacer euangelij textus commemoret. verum etiã in tempore paſſionis ac reſurrectõnis eius. debito ei officio ipos affuiſſe manifeſte narret: maximeq; illos credi oportet huius rei eſſe deuotos. quia quanto dignius in eius militia militant. tanto deuotius eius triũphum laudãt. Nouem ergo ſunt ordines angelorũ vt ſancta ſcriptura nobis cõmendat: hoc eſt. Angeli. Archangeli. Virtutes. Principatus. Poteſtates. Dominatõnes. Throni. Cherubin & Seraphin. Sed ad hęc exponenda beati Gregorij papę verba ponamus: Eſſe nanq; angelos & archangelos pene omnes ſacri eloquij paginę teſtantur. Cherubin quoq; & Seraphin. ſepe vt notum eſt libri prophetarum loquũtur. Quattuor quoq; ordinũ nomina Paulus apoſtolus ad Epheſeos enumerat dicens. Supra omnem prĩcipatum et poteſtatem et virtutem et dominationem. Qui rurſus ad Coloſenſes ſcribens ait. Siue throni ſiue dominationes ſiue principatus ſiue poteſtates. Dominationes vero principatus ac poteſtates iam ad Epheſios loquẽs deſcripſerat. ſed ea q̃q; Coloſenſibus dicturus premiſit thronos: de quibus nec dum quicquam Epheſis fuerat locutus. Dum ergo illis quattuor quę ad Epheſios dixit. ideſt. principatibus et poteſtatibus virtutibus atq; dominationibus. coniunguntur throni. Quinq; ſunt ordines qui ſpecialiter exprimuntur. quibus dum angeli et archangeli. cherubin atq; ſeraphin adiuncta ſunt. procul dubio nouem eſſe angelorum ordines inueniuntur. Vnde et ipſi angelo qui primus conditus eſt per prophetam dicitur. Tu ſignaculum ſimilitudinis. plenus ſapientia et perfectus decore. in deliciis paradiſi dei fuiſti. Quo notandum. quod primus angelus non ad ſimilitudinẽ dei factus. ſed ſignaculum ſimilitudinis dicitur. vt quo ſubtilior eſt natura. eo in illo imago ſimilius inſinuetur expreſſa. Quo in loco mox ſubditur. Omnis lapis precioſus operimentum tuum. Sardius. Topazius. et Iaſpis. Chryſolitus Onix. et Berillus. Saphirus Carbunculus. et Smaragdus. Ecce nouem dixit nomina lapidum. quia profecto nouem ſunt ordines angelorum. Quibus nimirum ordinibus ille primus angelus. ideo ornatus et coopertus extitit: quia dum cunctis agminibus angelorum prelatus eſt. ex eorum comparatione clarior fuit. Sed hęc diſpoſitio in Cruce nouem ordinum angelorum quid nobis ſacramẽti innuat? proſequamur. Tenet ergo hęc ſpecies ſanctę Crucis in inferiori ſua parte. duos ordines ideſt angelos et archangelos. in brachio dextro duos. hoc eſt virtutes et poteſtates. in brachio ſiniſtro item duos. ideſt. principatus et dominationes. in medio vnum ideſt thronos. in ſuperiori parte item duos hoc eſt cherubin et ſeraphin. Quę etiã nomina ad domini noſtri Hieſu Chriſti gloriam predicandam ſatis conueniunt eiuſq; magnificentiã et poten-

tiam narrandā decenter cōpetūt: Que enim Angeli & Archangeli in infima parte Crucis poſiti denunciant. niſi eum qui de celo in terrā deſcendit. magni videlicet conſilij angelum ad annūciandū māſuetis miſſum. vt fortior fortem alligaret. eiuſq; vaſa diriperet. Et que alium Virtutes. Poteſtates. Principatus et Dominationes predicant in brachiis Crucis poſiti: niſi eū de quo ſcriptum eſt. Dextera domini fecit virtutem: et itē. Data eſt mihi omnis poteſtas in celo et in terra. iteq;. Et factus eſt principatus ſup humerū eius et vocabit nomen eius admirabilis conſiliarius. deus fortis. pater futuri ſeculi. princeps pacis. et item. Et dominabitur a mari uſq; ad mare et a flumine vſq; ad terminos orbis terre. Throni ergo in medio crucis poſiti. quem aliū in ſe ſedere notant: niſi illum cui dictū eſt apl'o teſte. Thronus tuus deus in ſeculum ſeculi. virga recta eſt virga regni tui. et pſalmiſta. Sedes inquit ſup thronos qui iudicas equitatē. Et que cherubin ſeraphinq; ſignificant in arce Crucis poſiti. niſi eū de quo dicit apoſtolus. In quo ſunt omnes theſauri ſapientie et ſcientie abſconditi. et itē. Deus noſter ignis cōſumens eſt. Cherubin quippe plenitudo ſcientie. et ſeraphin ardentes vel incendentes interpretantur. Sed hec non ita predicamus de ordinibus angelorum. quaſi vnigenito illos coequemus: ſed per ſubiecte creature officia & nomina diſpenſacionis: illius ſacramēta veneramur. Eſt enim ipſe deus & dn̄s angelorum: ante oīa videlicet ſecula ex deo patre genitus: hoc eſt de ſubſtantia patris. qui in nouiſſima etatū ſcl'i ex virgine matre natus. naturam in ſe ſuſcepit humanam. ad debellandū ſcilicet mundi principem miſſus: vt expoliaret principatus & poteſtates. palam triumphans eos in ſemetipſo quem pater ſuſcitauit a mortuis. et cōſtituens ad dexteram ſuam in celeſtibus: ſupra omnē prīcipatum & poteſtatem & virtutē & dominationem. et omne nomen quod nō ſolum in hoc ſeculo ſed etiam in futuro. oīa ſubiecit ſub pedibus eius. et ipſum dedit caput ſupra oīa eccleſie que eſt corpus ipſius. Nouem ergo littere maiores. que in hac pagina ſpeciem Crucis faciūt. hoc ſonant. CRVX SALVS. habentq; ſingule ſingulos ordines angelorū: quod facile cuilibet patebit qui litteras nouit. et nomina nouem ordinum non ignorat.

Ocherubinſeraphindccaelonomenniefuſiam
Exaltateignisnamhincveſterfaminelucet
Cuwd.iuinaecrucisveraeſtlaushaecviaavita
Fruct:luciſcriſt:verusqietſociaeſtlaus
Vicittriſtiatuncrexnuncq:ecſultatvbiqe
qieſtſeraphincar:oraſianteelebrandohic
Oceleſtiamonſtramultahaclaudeſupernum
Vumeſtpennarumaeamauſunamecenciamatam
Sacratumatquedecusaraefirmantquoq:voto
Eduntqaeſitvirtusacbonaquaetribuitrex
Conſultuhaccriſtusrecumconbuſſitiniqa
Enpaſſuscunctosqefugauitcalcepotentes
Etdiſtrictarupitexcuſiclauſtracelydri
Etveteresactusterſitdeditipſabenignus
Qisſtereratadamſonsregnaſabaothinarce
Quaeorapprobantvirt:etnumenhuicibiferre
Auxiliaintenebrisincarcereiuſſabeatum
Incrucefactoremconfixuminſtipiteregem
Enthronushicregishaecconciliatiomundii
Vexillumframeaſorsbelliinſignedecorum
Proterithochoſtesarmaconfringitiniqua
Subleuatatqueſuosvirtutispraemiadonat
Namhincecsulignisſcitoquetelalaterent
Stantcherubinhaecq:aracaſſiſtuntarxaeq:
Hichacclabparadantſignoriterſatiſora
Sanctaaralapiuntunaquoqeſacraopeſiunt
Veratriumphumq:conat:fecculacondunt
Laetaqediffenſisducunthaecſhacabeando
Enalisſenſimtraduntalmaaltaquepandunt
Pennisosquecſuumſerafinutiāpropetempus
Quocarnalisseatluxuſdicantvitiaquehinc
Tenſaacbrachiaſaluantishicofficiodant
Hisq:trahiaeq:vehiceſoq:iudicioipſehinc
Tumdiſpenſansintutumlegetipſaprobando
Quaeiamnotaanteauctetcaraprobauitubiq:
Decrucenonritubantiuſtorumnuntiavatum
Decrucenonfallunti ſtorumſignanimantum

O Cherubin ſeraphin de cęlo nomen Ieſus iam
Exaltate. ignis nam hinc veſter famine lucet.
Cum diuina Crucis vera Crucis laus. hęc via. vita.
Fructus lucis Chriſtus verus. qui et ſocia eſt laus:
Vicit triſtia tunc rex. nuncq; exultat vbiq;.
Qui eſt ſeraphin carus: ora fiant celebrando hic
O cęleſtia monſtra multa hac laude ſupernum:
Vnum eſt pennarum aram auſu. nam conclamatam
Sacratum atq; decus arę firmant. quoq; voto
Edunt. quę ſit virtus. ac bona quę tribuit rex
Conſultu hac Chriſtus re cum conbuſſit iniqua.
En paſſus cunctoſq; fugauit calce potentes:
Et diſtricta rupit excuſſi clauſtra chelydri.
Et veteres actus terſit. dedit ipſa benignus
Quis ſteterat Adam ſons regna ſabaoth in arce:
Quę ora probant. virtus. et numen. huic ibi ferre
Auxilia in tenebris. in carcere. iuſſa beatum
In Cruce factorem. confixum in ſtipite regem:
En thronus hic regis. hęc conſiliatio. mundi
Vexillum. framea. ſors belli. inſigne decorum
Proterit hoc hoſtes. arma confringit iniqua:
Subleuat atq; ſuos. virtutis pręmia donat:
Nam hinc exul ignis ſcito. quę tela laterent
Stant cherubin. hęc quę arę aſſiſtunt. arcę quę
Hic hęc labbara dant ſigno rite. et ſatis ora
Sancta ara ſapiunt. vna quoq; ſacra ope fiunt.
Vncta triumphum quę conatus fercula condunt:
Lętaq; diſtenſis ducunt hęc facta beando
En alis ſenſim tradunt alma. altaq; pandunt
Pennis oſq; ſuum ſeraphin. vt iam prope tempus
Quo carnalis eat luxus dicant. viciaq; hinc:
Tenſa ac brachia ſaluantis hic officio dant.
Hiſq; trahi atq; vehi celſo quę iudicio ipſe hinc
Tum diſpenſans in tutum leget ipſa probando
Quę iam nota ante auctu. et cara probauit vbiq;:
De Cruce non titubant iuſtorum nuncia vatum.
De Cruce non fallunt iſtorum ſigna animantum.

IN hac itaq; pagina Crux domini. ſimul cum figuris ſeraphin et cherubĩ circa ſe poſitis. depicta conſcriptaq; cernitur. Quę ideo in hoc opus hic introducuntur vt oſtendatur quanta prouiſione ac diſpenſatione. diui- na clementia humano generi ſemper ſalutem ſuam procurauerit. cum et in ipſis ſpiritibus angelicis per ꝓpheticã reuelationem. ſpeciem redemptõnis noſtrę ante videri voluit. et per opera prophetica in tabernaculi tẽpliq; aditis conſtructa. ideſt in ipſis cherubin iuxta arcam vltra velum poſitis. ęternam propiciacionem mundo intimare decreuit. Proinde. licet multa multi de ha- bitu et ſitu horum animalium interpretati ſint. & alia atq; alia diuerſo ſtilo nõ diuerſa fide ſcriptitarint: mihi tamen non incongrue videtur (ſalua maiorum traditione) ipſa animalia habitu ſuo. ſanctę Crucis exemplari figurã. cum et in- terualla ipſius localiter ſeruent. & ſurſum atq; deorſum in dextrã atq; ſiniſtrã ſitu ſuo ſimiliter protẽdant. Deniq; ſeraphin propheta Eſaias inter alia ita nar- rat dicens. Vidi dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum et eleuatum. et ea quę ſub eo erant replebant templum. Seraphin ſtabant ſuper illud. ſex alę vni et ſex alę alteri. duabus velabant faciem. & duabus velabant pedes. et duabus volabant. et clamabat alter ad alterum et dicebat. Sanctus ſanctus ſanctus do- minus deus exercituũ. plena eſt omnis terra gloria eius. Quid ergo ſitus iſte ſenarum alarum ſeraphĩ prefigurat. niſi Crucis Chriſti imaginem? Illę quippe alę quę ſuperiorem partem corporis ſui ideſt faciem velabant. quod ſurſum ad caput erectę ſint. neceſſe eſt et ob hoc ſuperiorẽ partem Crucis demõſtrent manifeſtum eſt. illę autem quę infimam partem ideſt pedes velabant. q̃modo niſi deorſum dimiſſas eſſe credendum eſt. et ob hoc inferiorem partem Crucis ſignificare. Illę autem duę quę ad volandum extenſę ſunt. quid aliud quã tranſ- uerſum Crucis lignum in quo brachia et manus extẽſę ſunt domini ſignificãt? Et proinde in poſitõne ſex alarum ſeraphin. manifeſte totius Crucis Chriſti ſi- gnaculum expreſſum eſſe nemo ſapiens dubitat. Bene quoq; ipſa incedentes vel ardentes interpretantur: quia illam formam demonſtrant in qua ſuperatę ſunt omnes aduerſarię poteſtates: et totius mundi peccata conſumpta atq; de- leta ſunt. immo ignem illum electis dei commendant. quem ſe dominus in ter- ram mittere et vt arderet ſe velle teſtatus eſt. Et merito trina voce ad laudem ſanctę trinitatis omnes electos cohortabantur. hoc eſt eos qui ante aduentũ ſaluatoris fuerunt. et qui in preſentia incarnationis eius vixerunt. quiq; ad huc vſq; in finem mundi poſt aſcenſionem eius in cęlos ad fidem conuertendi ſunt; quia omnes vna paſſio Chriſti ſimul redemit de Iudęis videlicet atq; gentibus. De cętero cherubin illa quę in tabernaculo ſiue templo fabricata erant. quid aliud extẽſione alarum ſuarum quam Crucis Chriſti imaginem pręferebant? De quibus bene in libro regum narrat. quod facta eſſent decem cubitorũ al- titudinis. et decem cubitos haberẽt a ſummitate alę vſq; ad alę alterius ſummi- tatem. Ad cuius etiam inſtar humani corporis forma comparari poteſt. cuius

pene tanta latitudo eſt in extẽſione brachiorum a ſummitate digitorũ vnius manus vſqꝫ ad ſũmitatẽ digitorũ alterius manus. quãta eſt altitudo ſiue lõgitudo. a planta pedis vſqꝫ ad verticẽ capitis. Hec ergo iuxta arcam et ꝓpiciatoriũ ſtabãt. quia verã ꝓpiciationẽ in incarnatiõe ſaluatoris humano generi demõſtrabãt. Hec et in modũ Crucis alas extẽſas ſemꝑ habebãt. quia perpetuã nr̃am r̃ redẽptionẽ in paſſione Chriſti ſaluãdorũ rite intimabãt. In Cruce quoqꝫ hic verſus eſt in longitudine a ſummo deorſum vadens. En arx alma crucis: en fabrica ſãcta ſalutis. Iſte quidẽ in latitudine. En thronus hic regis. hec conciliatõ mundi. In ſeraphin quoqꝫ et cherubin verſus elegiaci conſcripti ſunt. Nam in ſeraphĩ illo quod ſupra dextrũ cornu Crucis ſtat hij ſũt verſus. Signa Crucis Chriſti aſt ſeraphin celeſtia monſtrãt. Pennarum atqꝫ ſitu hac cuncta ſacrata probãt. In eo vero quod ſupra cornu ſiniſtrum. hij. Nam hec ſocia exultant celebrando hac laude ſupernum. Conclamãtqꝫ tribus ſceptra ſabaoth vicibus. In cherubin namqꝫ dexteriore verſus iſti ſunt. Hinc ſignant cherubin hec labbara ſancta triumphum. Diſtenſiſqꝫ alis brachia tenſa notãt. In ſiniſteriore quippe iſti. Que latere aſſiſtunt arce & ſacra opercula condunt. Factaqꝫ propicia officio ipſa probant.

V. figura. De quattuor figuris tetragonicis circa Crucem poſitis. et ſpiritali edificio domus dei.

Cruxrogoſacradeiſignamihinuminepect:
Laudibusvtclaracantemtuaritetropaea
Quomodoterrenisabcaelisfoederaducas
Pactumconfirmesetloetivincularumpas
Ovosagmenapoſtolievmeumartyrumetordo
Iuredomusxp̃ipoſuitquosculmeninipſum
Condiſtisimaplebsalmâeſtvocerepertа
Sanctaſalutarisetcruxfundamineſummo
Inſitaconſtructaerucifixiroborefixa
Quaeverehumanũgenusadvitamdedicauit
Firmataqęcolũmnaexitoſtenderephylax
Aeternamperſẽparadiſſoſurgereformam
Tegminiſetaulaamſponſiiuſtiquoq̃regis
Criſtetropaeanouãmoxiurecruoreviaqe
Erigisinmũdoquodiuſtifoederaſeruet
Spernatd̃amnatumvincatpietatedoloſum
Cuifauoratq:timorvirt:acpalmacoronaes
Inclytacruxdominix̃pifundamenetaulae
Pulchriorestotovernantifloribusaruo
Celſioraccedroparioetprecioſioralbo
Quadratasiungisinfirmotramitepetras
Etritepatriarcharũiusplebsquepriora
Fundamentatrahitinfundodomatisomnis
Quaebenedeuotacordaſcitdogmateprimũ
Vinciretectumregnantiverbaprophetae
Compleruerantviuamimperiisaulãpieregi
Vtcriſtoiãformaſſentinſeammatetrito
Omnisnamq:ſimulſcanditobnomenad̃aſtra
Haecaulaieſusadlaetamfulminisarcton
Etvocefirmatavigetbonaſtructiovitae
Iunctioſignatdathaecomineiuſſameare
Quaviaduxd̃ucitadlucisſceptratenenda
Quostemplodedicatlaetabonamanſioxp̃i
Quattuoratq:crucisaugetcumrupib:iſtis
Perfectamqedomumdeducensangũlusipſe

CRux rogo ſacra dei ſigna mihi numine pectus:
Laudibus vt clara cantem tua rite trophęa:
Quomodo terrenis ab cęlis fœdera ducas:
Pactum confirmes. & lęti vincula rūpas.
O vos agmen apoſtolicū. tu martyrū et ordo.
Iure domus Chriſti poſuit quos culmen. in ipſum
Condiſtis ima plebs alma eſt voce repta:
Sancta ſalutaris et Crux fundamine ſummo
Inſita. conſtructa. crucifixi robore fixa:
Quę vere humanū genus ad vitam dedicauit.
Firmataque colūna exit oſtendere philax.
Aeternam perſe paradiſo ſurgere formam.
Tegminis et aulam ſponſi. iuſti quoqꝫ regis
Chriſte trophęa noua mox iure. cruore. viaqꝫ
Erigis in mundo. quod iuſti fœdera ſeruet.
Spernat damnatū. vincat pietate doloſum:
Cui fauor atqꝫ timor. virtus & palma .corona es.
Inclyta crux domini. Chriſti fundamen & aulę.
Pulchrior es toto vernanti floribus aruo:
Celſior ac Cedro. Pario & precioſior albo.
Quadratas iūgis in firmo tramite petras:
Et rite patriarcharū ius. plebsqꝫ. priora
Fundamenta trahit. in fundo domatis omnis:
Quę bene deuota corda ſcit dogmate primū
Vincire. rectum regnanti verba ꝓphetę
Cōpluerant. viuam imperiis aulam pie regi
Vt Chriſto iam formaſſent in ſcāmate trito:
Omnis namqꝫ ſimul ſtandit ob nomen ad aſtra.
Hęc aula Hieſus ad lętam fulminis Arcton.
Et voce firmata viget bona ſtructio vitę:
Iunctio ſignat. dat hęc omine iuſſa meare:
Qua via dux ducit ad lucis ſceptra tenenda:
Quos templo dedicat lęta bona manſio Chriſti:
Quatuor atqꝫ Crucis auget cum rupibus iſtis:
Perfectamqꝫ domū deducens angulus ipſe.

IN hac igitur pagina Crux ſancta per mediũ tendit. quatuor quadrãgulas formas circa latera eius poſitas habens: ad oſtendendũ vtiq; cęleſtis ędificij ſtructuram: ęccleſię videlicet dei viui. quę et domus eius eſt. columna & firmamentũ veritatis. Ad hãc ergo domum ptinẽt electi angeli. quorũ nobis ſſitudo in futura vita pmittit. dicente dño. Illi aũt qui digni habẽt ſęculo illo et reſurrectiõe ex mortuis. neq; nubũt neq; ducũt vxores. neq; enim vltra mori poterũt. Aequales eñ angelis ſunt. et filij ſunt dei. cũ ſint filij reſurrectiõis. Ad hanc ptinet ipſe mediator dei et hominum homo Chriſtus Hieſus. ipo atteſtãte cũ ait Soluite tẽplũ hoc. et in tribus diebus excitabo illud. Quod exponẽs euãgeliſta ſubiũxit. Hoc autem dicebat de tẽplo corporis ſui. Dicit aũt Aplˢus de nobis. Neſcitis quia tẽplũ dei eſtis. et ſpũs dei hĩtat in vobis. Si ergo ille tẽplum dei p aſſumptã hũanitatem factus eſt: et nos templum deiˀ p inhĩtantẽ ſpm̃ eius efficimur: conſtat vtiq; quia figurã omniũ nr̃m et ipſius videlicet dñi. et mẽbrorũ eius quę nos ſumus. tẽplum illud materiale tenuit quod Salomon rex ędificauit in Hieruſalem: ſed ipius tãquã lapidis ãgularis ſingulariᵗ electi. et pcioſi in fundamẽto fundati: nr̃i aũt tãquam lapidũ viuorꝝ ſup ędificatorũ ſup fundamentũ aplorꝝ et pphetarꝝ. hoc ẽ ſup ipm dominum: q̊d oſtẽdit aplˢus dicẽs. Fũdamẽtũ eñ aliud nemo poteſt ponere pter id quod poſitũ eſt. qui eſt Chriſtus Hieſus. Qui ppterea recte fundamẽtum domus dñi põt vocari: quia ſicut ait Petrus. Nõ eſt aliud ſub cęlo nomẽ datũ hoĩbus in quo oporteat nos ſaluos fieri. et itẽ. Ad quẽ inquit accedẽtes lapidẽ viuũ ab hoĩbus quidẽ repbatũ. a deo autẽ electũ et honorificatũ: et ipi tãquã lapides viui ſup ędificamĩ domus ſpũalis in ſacerdotiũ ſanctum. offerẽtes ſpũales hoſtias acceptabiles deo p Hieſum Chriſtũ. Poſſunt ergo huius fundamẽti primi lapides ac fundatiõi habiles. patriarche et pphetę apli et martyres nõ incõgrue accipi: qui ſiue pdicãdo. ſiue opando. ſiue patiẽdo fidei fundamẽta nobis iecerũt. et quorꝝ auctoritatẽ in doctrina. exẽpla in actibus. imitationẽ in tolerantia cętera turba fideliũ ſequiť. Nã ſicut apli et martyres poſt ſaluatoris ĩcarnationẽ. paſſionẽ et reſurrectionẽ atq; aſcenſionẽ in cęlos p totũ orbẽ ſpiritale ędificiũ domus dei Chriſtũ pdicando. ſiue etiã p Chriſto moriendo fabricati ſunt: ita ãte aduentum eius in carne patriarchę atq; pphetę in priore populo. et in his regionibus in qbus degebãt. ſemp aliorꝝ vitã verbis atq; exemplis in melius cõuertere ſatagebã. quatenus digna cõuerſatiõe deũ habere mererenť habitatorẽ. ipmq; ſibi eſſe ſentirẽt deũ ppiciũ. ſub cuius dominatione poſiti cognouerunt omnipotentẽ. Bene ergo in libro regũ ſcriptum eſt de illa typici templi edificatione: quod pceperit rex vt tollerent lapides grandes. lapides precioſos in fundamentũ templi. et quadrarent eos. Lapides ergo precioſi ſunt ſancti viri. qui meritis ſunt prędari Qui bene quadrari iubentur. ac ſic in fundamento poni. Quadratum nãq; omne quocũq; vertitur fixum ſtare conſueuit. Cui nimirũ figure aſſimilãtur corda electorũ: quę ita in fidei firmi-

tate conſiſtere didicerunt. vt nulla occurrentium aduerſitate nec ipſa etiã morte a ſui rectitudine ſtatus poſſint inclinari: quales videlicet doctores eccleſia non ſolum de Iudea. verum etiam de gentibus perplures ſuſcepit. Recte quidem in ſancta Cruce hec edificatio demonſtratur. quia in ipſa id eſt in paſſione Chriſti tota eccleſia catholica fũdata. fabricata perfecte. atq; dedicata eſt. nec hoc edificium vnquam veniret ad effectũ. niſi per Crucem liberaretur genus humanum. nec ipſius ſacerdotis digne cõpleretur officiũ. niſi ipſe ſacerdos in Cruce fieret ſacrificium. In ipſa autem Cruce continetur hic verſus ſcriptus. Inclyta Crux domini Chriſti fundamen et aule. In tetragonis vero circa Crucem poſitis verſus conſcripti. nõ per circuitum penitus girant. hoc eſt vt finalibus litteris ad inceptiuas per anfractum redeãt. Sed omnes in dextro angulo ſuo ſuperius incipientes. per ſiniſtrum ſupra ad ſiniſtrum infra in decem et nouem litteris deſcendunt. poſtea iterum in dextro angulo ſuperius a viceſima littera incipientes. et deſcendendo per dextrum inferius vadentes ad ſiniſtrum. vſq; infra decem et ſeptem litteris pertingunt: et ſic vnuſquiſq; verſus quattuor tetragonorum .xxxvi. litteras continet. qui vtiq; numerus eſt tetragoni plani et ſenarij in ſemetipſo multiplicatione confecti. ſicut in ſequentibus demõſtrabimus. Eſt autem verſus hic tetragoni ſubtus dextrum cornu poſiti. Te patriarcharum laudabilis actio ſignat. Subtus ſiniſtrũ vero poſiti tetragoni iſte eſt. Plebsq; prophetarũ diuino famine iuſſa. At eius q̊q; qui ſupra dextrũ cornu Crucis poſitus eſt talis eſt verſus. Agmen apoſtolicũ pandit tua rite trophea. Supra ſiniſtrũ vero talis. Martyrũ et ipſe chorus effuſo iure cruore.

VI. figura. De quattuor virtutibus principalibus quomodo ad Crucem pertineant. et quod omnium virtutum fructus per ipſam nobis collati ſunt.

Omnipotensvirtusſummaſapientiachriſte
Ornasquitotũarcecrucisdominuspiemundũ
Diſpenſaſqueetuisſanctiſpiadonaſalutis
Namq:quadrigapiisbenecornib:aptaquat̃nis
Virtutumpanditſeriemdedicanttriumpho
Victoriſregiſoſtendensſanguinecunctas
Proficeracſpeciesfructupietatisinorbe
Eſtvirtushabitusanimiínorumetdecusomne
Nobilitasvitaeratioetmoderatiolinguae
Quaecruxalmapiisiuſtadaslaudeprobanda
Cunctaſimulplacitodepromisſingulavoto
Sanctatuodocuittenerumprudentiamundum
Exteiuſtitiabeneferuensſpernere.gaudet
Terroremzabuliscanditbenedictusamorre
Adpiaconſiliamentẽaufertfraudeuoratam
Vndaccarnalempoteritvimettollerepugnã
Vitotaniſufortihincquoqeadinclytaviſu
Adtenditaducerſaferensitcumipſavetando
Peſtiferavetitaſcelerumcumnoxiacaedis
Oſtendensetpſallereiãbonatemporapoſſe
Signadeiſcireetmandataediſſerereacſie
Etfactolucemconquirerehincmodoſanctos
Arrectaeqeaurescaeleſtibusoptimadigne
Conducantquoddonaparentetgerminaruris
Efoliisfructuscorreptaqueſqualidarite
Viminaluccendantetregiaferculapromant
Hosergofructuspietasſacratiſſimaſeuit
Gratiapurgauitpatientiaetarteprobauit
Pactumconiunxitetlexpatriſalmarigauit
Produxitbonitasnãviuidagraminachriſti
Sacrauitcultusetlausconſtantiacunctos
Fulcibatculmosnouagranaperomniavirtus
Iamhumiliscondituutritq:modeſtiaplenam
Inſpicafrugẽdatperſeuerantiafructumet
Tẽporematurumcandentemconcitechriſtus
Tumcruxperteiuſtitiaetpropenumineviſo
Mittensiamfalceconcludetinhorreameſſẽ

OMnipotens virtus. ſumma ſapientia Chriſte
Ornas qui totum arce Crucis dominus pie mundum.
Diſpenſaſq; tuis ſanctis pia dona ſalutis:
Namq; quadriga piis bene cornibus apta quaternis
Virtutum pandit ſeriem. dedicante triumpho
Victoris regis oſtendens ſanguine cunctas
Proficere ac ſpecies fructu pietatis in orbe:
Eſt virtus habitus animi morum et decus omne.
Nobilitas vitę. ratio et moderatio linguę.
Quę Crux alma piis iuſta das laude probanda
Cuncta ſimul placito depromis ſingula voto.
Sancta tua docuit tenerum prudentia mundum:
Ex te iuſticia bene feruens ſpernere gaudet
Terrorem zabuli. ſcandit benedictus amorre
Ad pia conſilia. mentē aufert fraude voratam:
Vnde ac carnalem poterit vim & tollere pugnam
Vi tota. niſu forti. hinc quoq; ad inclyta viſu
Attendit. aduerſa ferens it cum ipſa vetando
Peſtifera vetitas ſcelerum cum noxia cędis
Oſtendens. & pſallere iam bona tempora poſſe.
Signa dei ſcire. & mandata ediſſerere ac ſpe
Et facto lucē conquirere hinc modo ſanctos
Arrectęq; aures cęleſtibus optima digne
Conducant. quod dona parent & germina ruris
E foliis fructus. correptaq; ſqualida rite
Vimina ſuccendant. et regia fercula promant:
Hos ergo fructus pietas ſacratiſſima ſeuit
Gracia purgauit. pacientia & arta probauit.
Pactum coniunxit. & lex patris alma rigauit.
Produxit bonitas. nam viuida gramina Chriſti.
Sacrauit cultus. & laus conſtantia cunctos
Fulcibat culmos. noua grana per omnia virtus
Iam humilis condit. nutritq; modeſtia plenam
In ſpica frugem. dat perſeuerantia fructum et
Tempore maturum candentem concite Chriſtus:
Tum Crux per te iuſticia & prope numine viſo
Mittens iam falcem condudet in horrea meſſem.

QVantos ergo et quales fructus lignum ſanctę Crucis germine ſuo proferat. dignum eſt etiam in hoc ſacro carmine modo cōmemorare. cuius fructus ęternus eſt et radix perpetua. cuius odor mundum replet. et ſapor fideles ſaginat. cuius ſplendor ſolem ſuperat. et candor niuem obfuſcat. cuius cacumē polum excedit. et cuius infimū inferna penetrat. cuius firmitas humilia iocūditas exaltat. & cuius potentia exaltata humiliat. Omniū enim virtutum per ipſum & in ipſo collata eſt mundo. quia in ipſo rerum perfectio completa eſt. In ipſo celſitudinem ſuam prudētia demōſtrat. in ipſo ſoliditatem ſuam iuſticia reuelat. in ipſo potētiam ſuam fortitudo conſignat. in ipſo moderamina ſua temperantia collaudat. Hic etiam prudētia acquiſitionem ſapientię & comprehenſionē veritatis deuotius concedit. atqꝫ hinc prouidentię. intelligentię & memorię dona. omnis fidelis percipit. Hic iuſticia fidei fundamentum poſuit. atqꝫ hinc pietatis et religionis. gracię quoqꝫ et vindicationis ęquitatem vnicuiqꝫ diſtribuit. Hic fortitudo blanda et aduerſa magnificentiſſime contemnit. atqꝫ hinc fidentię. patientię et perſeuerantię exempla proponit. Hic temperantia in libidinis ac pertinacię inſolentes impetus frena diſciplinę inicit. atqꝫ hinc pudicicię et continentię. clementię quoqꝫ et ſobrietatis multiplicia dona deſiderantibus impendit. Hoc videlicet lignū ab ipſo plantatum eſt. de quo dicit propheta ligni comparationem faciens. Et erit tamqꝫ lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum. quod fructū ſuum dabit in tempore ſuo. et folium eius non decidet. et omnia quecumqꝫ fecerit proſperabuntur. Decurſus ergo aquarum ſunt quottidiani tranſitus deficientium populorū. Et de ſemetipſo veritas dicit. Si in viridi ligno hęc faciūt. in arido quid fiet? Lignum ergo ſecus decurſus aquarum eſt cum foliis et fructu. quia protectionis ſuę nobis vmbraculum proferens apparuit creator in carne. et humanum genus per reſurrectionē ad vitam erexit. quod per defectum quottidie ibat ad mortem. Vere enim iſtud lignum dedit fructū in tempore ſuo. quādo ſaluator noſter paſſione et reſurrectione ſua cōpleta. ęccleſiā per totam mundi latitudinem in ſe vitem veram coadunatā cunctis virtutibus fecit abundare. ipſo hoc teſtante. Ego ſum inquit vitis et vos palmites. Qui manet in me et ego in eo. hic fert fructum multum. quia ſine me nihil poteſtis facere. Spiritales enim hic gignuntur fructus. quos enumerat apoſtolus dicēs. Fructus autem ſpiritus eſt. charitas. gaudium. pax. pacientia. longanimitas. bonitas. benignitas. fides. modeſtia. continentia. caſtitas. Bene ergo in ſancta Cruce ſpiritalis adhibetur fructus. quia omnium bonorum in ea crucifixus eſt auctor. Nam ex parte carnis dum in ea mori voluit Chriſtus. ſalutem integram humanum percepit genus. Granum frumenti in terram cecidit. & glorioſam martyrum ſegetem protulit. Vnus ſtips portauit hominem ſuſpenſum. & totus mundus ad cęleſte dedicatus eſt regnum. Iudęa gens inſolens nō

(timuit perimere regem. & totius orbis gentes

ipſum ſuſceperunt redemptorem. quia in ſemine Abrahę benedicent omnes familię terrę. Quattuor ergo hę figurę in vnā Crucis formā diſpoſitę. quattuor principalium virtutum continent nomina: prudentię quoq; iuſticię. fortitudinis. & temperantię. ex quibus omnis virtutum ſeries procedit. & in quibus ratio bonę vitę conſiſtit. Sunt ergo memoratę figurę ſecundū trigoni ſpeciem cōiunctę. ſed variis gradibus diſtīctę. Facti ſunt enī in duobus lateribus vniuſcuiuſq; formę ſeptē gradus. vt oſtēderetur oīs virtutū aſcēſus in diuinis chariſmatibus cōſtare. & nullum niſi per ſanctiſpiritus gratiam eas poſſe impetrare. Tenet quoq; hęc poſitio ſācte Crucis. in trigonis ſuis quatuor verſus xxxvi. litterarum. ideſt in ſingulis ſingulos: quorum primus qui in ſupremo poſitus eſt trigonus. tenet hunc verſū. incipientem a dextro angulo ſuperius. et circumeuntem per ceteros angulos. vſq; ad illum vnde incipiebat. ita. Arce Crucis domini ſumma prudentia ſiſtit. In infimo autem trigono incipit verſus hic. a dextro angulo deſubtus. et vadit per cęteros circum. vſq; ad ipſum a quo iniciū capiebat. ita. Iuſticia & prona mandat ſe parte tenendam. Dexterę autē partis trigonus cōtinet hūc verſū. ab infimo angulo primū ſurſum aſcēdendo. ſicq; circumeūdo cęteros vſq; ad iniciū ſuum. ita. Forti ſed in dextro cornu fert ſpiculatu do. Siniſtri vero triāguli verſus. a medio angulo inicium ſumit. gradiens primum aſcendendo vſq; ad alterum angulum. indeq; per circuitū ad caput ſuum reuertitur. ita. Cum in leuo moderans diſponit iura modeſta. Modeſtia igitur p ſyncopā ſcripta. pro temperātia ponit. ſpecies pro genere.

VII figura. De .iiii. elementis. de .iiii. viciſſitudinibus temporum. deq; .iiii. plagis mũdi. et de .iiii. quadrantibus naturalis diei. quomodo omnia in Cruce ordinentur. et in ipſa ſanctificentur.

Omniaiamſplendentvcrodeluminecriſti
Illuſtratacrucisetſacraefactabeando
Concelebrantutvictorisicvotaſuperno
Debitaperſoluantdeuôtercgnacanentes
Cunctatenerernodumſubmagnonumineieſu
Quicquidinorbemeatedacisquicqidvbiq:
Eſtſapitetſentitviuitetiurareſeruat
Hocterraponttushocſideragraminaventi
Imperioſuberunthocſuntanteqefuerunt
Imbernubsgrandoglaciesnixatqepruina
Fonteſetriuipuluiſetroſiubarabſq:hoc
Cretaearctonactuſtellaeatgucaeraq:qe
Enalmumetnonuaharorurſusdicitevera
Acmodulosca ntusodaſcantctquoqueiust:
Omniacruxtrahatetſanopieiurecoroner
Laudedeinondiſcordetſcddicathoneſta
Eiusopusgaudenſpiſcesdiriqedracones
Colleſetlucimonteſpecoraarboſharena
Cumqeferisvespaevermesctbeſtiarictu
Etplacidaevultuſeuſeuamentevolucres
Xriſticolaeqvsaulapoliterraq:ſatafit
Vobiſvirt:lumenducensvndiqueadhoſtes
Nunatiafertprexfitautundaſedorepeit:
Famidemahabicitpalmamnoscihicrapto
Datfelicidatiuſtishaecnuntiacunctis
Parcenſritehoſtidatfatuuiueremultos
Sediuredamnatquoſauctusſepſitiniqus
Indedecetpariteroraymnizantialaudes
Votaq:declamcntgrateſenveſtrapolorum
Turbaettupopulusquempronertteli:vbiq:
Vosratioconsorsparitedirexitadodas
Gaudiavoſcaelicaeleſtiaregnabonaque
Iamſortecapiuntetvotisualdereqirunt
Endedithocveſtervobisſaluatoretipſe
Rexpropriuspraesuller:qecreatorieſus

OMnia iam ſplendent vero de lumine Chriſti
Illuſtrata. Crucis et ſacrę facta beando
Concelebrant. vt victori ſic vota ſuperno
Debita perſoluant. deuote regna canentes
Cuncta tenere modum ſub magno numine Hieſu.
Quicquid in orbe meat edacis quicquid vbiqꝫ
Eſt. ſapit & ſentit. viuit. et iura reſeruat:
Hoc terra. pontus. hoc ſydera. gramina. venti.
Imperio ſuberunt. hoc ſunt. anteqꝫ fuerunt
Imber. nubs. grando. glacies. nix. atqꝫ pruina.
Fontes. & riui. puluis. et ros. iubar abſqꝫ hoc
Cretę. arcton. actu. ſtellę atqꝫ aera quęqꝫ:
En almum. & non vaah aro. rurſus dicite vera:
Ac modulos. cantus. odas. cantet quoqꝫ iuſtus:
Omnia Crux trahat. et ſano pie iure coronet:
Laude dei non diſcordet. ſed dicat honeſta
Eius opus gaudens. piſces. diriqꝫ dracones.
Colles. & luci. montes. pecora. arbos. harena.
Cumqꝫ feris. veſpę. vermes. et beſtia rictu:
Et placidę vultu. ſeu ſęua mente volucres:
Xpicolę quis aula poli. terraqꝫ ſata ſit:
Vobis virtus lumen ducens vndiqꝫ ad hoſtes
Nuncia fert. prex ſit aut vnda. ſed ore peritus
Fama idem ah abicit palmam noſci hic rapto
Dat fœlici. dat iuſtis hęc nuncia cunctis:
Parcens rite hoſti. dat fatu viuere. multos
Sed iure damnat. quos auctus ſepſit iniquus:
Inde decet pariter ora ymnizantia laudes
Votaqꝫ declament grates. en veſtra polorum
Turba. et tu populus quem profert tellus vbiqꝫ:
Vos ratio conſors pariter direxit ad odas:
Gaudia vos cęli cęleſtia regna bonaque
Iam ſorte capiunt. et votis valde requirunt:
En dedit hoc veſter vobis ſaluator. & ipſe
Rex proprius pręſul lętuſqꝫ creator Hieſus.

REcte igitur quaternarium numerum perfectione ſacratum pene nullus ignorat. & ideo bene illum in forma Crucis Chriſti tranſfiguratum totus orbis veneratur. Siquidem mūdum quattuor elementis conſtare manifeſtum eſt. ideſt igne. aere. aqua & terra. et totum orbem quattuor terminari partibus ſiue angulis notum eſt. oriente ſcilicet & occidente. aquilone et meridie. Quattuor quoqꝫ ſunt viciſſitudines temporum ideſt ver. eſtas. autumnus. hyems. et quattuor quadrantes naturalis diei ideſt quater ſenę horę quę tamen his iniciis dinoſcuntur. mane videlicet & meridie. veſpere et intempeſto. Sed quomō Cruci conuenienter poſſit hęc diſpoſitio coaptari intimandum eſt. Si ergo erectam Crucem voluerimus aſpicere. ignem quod ſupremum eſt elementorum in arce illius collocemus. aerem quoqꝫ & aquam quę media ſunt in elementis. in trāſuerſo Crucis ligno quod per medium ſtipitis erecti ducitur conſignemus. terram vero quę grauiſſima eſt et imum in creaturis tenet locū. inferiori parti Crucis deputemus. Hęc quippe omnia elementa ſicut quadam naturę propīquitate ſibimet commiſcentur. vt mundi integritatē perficiant: ita etiam quatuor partibus Crucis ſibimet ſociantur. vt perfectam ſpeciem eius demonſtrent. Si autem quattuor plagis orbis eam velimus aſſignare. iacentem meciamur neceſſe eſt ita. vt primam partem eius orienti. extremam occidenti. dextram aquiloni. ſiniſtram auſtro deputemus. Similiter quoqꝫ quattuor viciſſitudines temporum naturalis diei. eadem diſpoſitione in Cruce poſſūt adunari: vt vna ſpecies anni ſiue diei congrue in his queat oſtendi. Ver enim atqꝫ aurora ortum lucis et coaleſcencia in terra germina ordine ſuo proferūt. & ob hoc bene oriēti deputantᷣ. Eſtas autem atqꝫ meridies propter feruorem auſtro coaptantur: quia dum in eiſdem cęli partibus ſol erigitur. flagrantiore mundū torret calore: autumnus namqꝫ & veſpera iure occidenti mancipantur. eo quod tunc omnium fructuū terrę meſſis finitur. et tota diei ſpacia terminantur. Hyems ergo et intempeſtū ſeptemtrioni aſſimilantur: eo quod tunc terra frigore torpeat. et magis quieti quam alicui operi tempus oportunum eſt. Igitur dum omnia per Crucem conſtat eſſe recuperata. et per Chriſti paſſionem renata ac meliorata: rite ad eius laudem cuncta conueniunt: quia ipſe eſt cum patre et ſpirituſancto vnus deus. cui ſoli benedictiones ille competunt. quas tres pueri in camino ignis ardentis omnes creaturas ad laudem creatoris exhortando. concinebāt atqꝫ dicebant. Benedicite omnia opera domini dominum & cętera de quo & pſalmiſta dicit. Laudent eum cęli et terra mare et omnia quę in eis ſunt. quia ſecundum apoſtolum ex ipſo et per ipſum & in ipſo ſunt omnia. ipſi honor et gloria in ſęcula ſęculorum. Cur vero in rotis quattuor elementa ſiue quattuor tempora ſeu quattuor plagas mundi depinxerim. hęc racio eſt: quia omnis mūdi machina temporalis eſt. et quadam permixtione elementorum atqꝫ ſucceſſu temporū variabilis ſiue mutabilis Salomone atteſtante qui ait. Omnia tempus habent

et ſuis ſpaciis tranſeūt vniuerſa ſub cęlo. Nunc ignis aerem ſiccat. aqua humidiorem facit. nunc terra aquarum alluuionibus afficitur. nunc ſolis ardore ſiccatur. Aqua quippe natura mobilis eſt. et quendam circulum curſu conficit Omnia flumina inquit ęccleſiaſtes intrant in mare. & mare non redundat. ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur. vt iterū fluant. Ignis quoqꝫ ſimiliter naturalem motum habet. vnde ad altiora ſe ſemper erigit accenſus. et locū ſibi ſuper aera quęrit. Diſcurrunt fulgura. et crebris micat ignibus ęther. Tempora namqꝫ circulis tranſeunt. & viciſſitudines quattuor ternorum menſium orbibus eunt. Annus quoqꝫ ab eo quod ſemper vertatur et in ſe redeat nomē accepit. Dicitur & orbis terrę et vertigo poli terras atqꝫ ęquora circūuoluere. Girans girando vadit ſpiritus. et in circulos ſuos reuertitur. Quinqꝫ tenent zonę cęlum. obliquus qua ſe ſignorum verterit ordo. Sunt quoqꝫ et ipſi verſus in rotis cōſcripti ſphęrici ſiue circularis numeri ideſt. xxxvi. qui per ſenariū ſenario multiplicato in ſenarium terminat. quorū primus in ſupremo circulo hic eſt verſus. Ver oriens ignis aurora hac parte relucent. In infimo vero hic. Autumnus zephyrus. tellus et veſpera hic fit. Dextro namqꝫ hic. Arcton hyems limpha media nox ecce locatę. Et in ſiniſtro hic verſus. Aer æſtas auſter arci hic ſit meridieſqꝫ.

VIII figura De menſibus duodecim. de duodecim ſignis. atq; duodecim ventis. et de apoſtolorū predicatione. deq; ceteris myſteriis duodenarij numeri. que in Cruce oſtenduntur.

Chriſtusſaluatorcriſtusrexarceſerenus
Conſiliumuirtusmagnaetbenedictiolumen
Patrisdiuinaprolescertetrahitomnehinc
Iusortumfacturafabrummoscaſtushonorem
Hincquebonumqicqiduerummirumqevidetur
Iuſticiaeqicquidarcequicquidmanetorbe
Quicquidriteprodatetproferordinemund:
Angelusatq:bonusqaeramsufferteiniquus
Sunthincquodqedeusuanumdeieceratexhoc
Saecloiusreuocansenomniacriſtushonore
Conplectitdominansconſignatmuneranutu
Hincdecetvtgenushumanumetluminisexſul
Noret hosradiosquoserigithaecbenedicta
Cruxſaluansetreddensqemiamprim:habebat
Ecſortumlucisnocuusquoabſceſſeratadam
Qotqotiamradiosvereeniſtoscelebrabant
Perpetumlucisfulgeſcuntfortecrabroque
Hoccandoreſatismicueruntarmaprophetae
Grexetapoſtolicusdecoraturlucecorusca
Hocq:fideschriſticandethocſolerelucent
Cordabenehominumvotaquolumineegliſcunt
Iuſtipollentespermiſticaſignabonumque
Coniciceentradiummandatiscredereobipſum
Ettribuuntpopuliscumiuraſupernanotare
Aſſcribuntchriſtoconſortiaducereuitae
Chriſtusrexdominusdiuinusmunereſummus
Scandensaltacrucisenroborafundit:inhoc
Iſtamtuncſpeciēplantandopanderecaelos
Tradiditetvoluitgratosconquiririerillic
Ergoqaterternosabaquarumetlimitemundi
Hocventosincallecrucisbenedixeratipſe
Signaq:biſſenaprincepsſtipandogubernat
Acduodenasviſorienſplagasuſcipithoris
Tractadieiſpatienhisſectiototalaborat
Omnianameriſticruxgloriaſeptareſoluit
Ipſaq:ſanctapoliſtansgaudiaiuraq:terrae
Proponitſignatlaudatprobatipſaqedonat

CHriſtus ſaluator Chriſtus rex arce ſerenus.
Conſilium. virtus magna & benedictio. lumen.
Patris diuina proles. certe trahit omne hinc
Ius ortum. factura fabrum mos caſtus honorem
Hincq́ʒ bonum quicquid verum mirumq́ʒ videtur
Iuſticię quicquid arce quicquid manet orbe.
Quicquid rite probat & profert ordine mundus.
Angelus atq́ʒ bonus: quę nam ſuffert et iniquus
Sunt hinc. quodq́ʒ deus vanum deiecerat ex hoc
Sęclo ius reuocans. en omnia Chriſtus honore
Complectit dominans. conſignat munera nutu:
Hinc decet vt genus humanum & luminis exul.
Noret hos radios: quos erigit hęc benedicta
Crux ſaluans. & reddens quem iam primus habebat
Exortum lucis. nocuus quo abſceſſerat Adam.
Quotquot iam radios vere en iſtos celebrabant
Perpetua lucis fulgeſcunt ſorte crebro quę.
Hoc candore ſatis micuerunt arma prophetę.
Grex et apoſtolicus decoratur luce coruſca.
Hocq́ʒ fides Chriſti candet. hoc ſole relucent
Corda bene hominum. vota quo lumine gliſcunt
Iuſti pollentes per myſtica ſigna bonumq́ʒ
Conicient radium mandatis credere ob ipſum.
Et tribuunt populis cum iura ſuperna notare
Aſcribunt Chriſto conſortia ducere vitę:
Chriſtus rex dominus diuinus munere ſummus
Scandens alta Crucis en robora. fuuditus in hoc
Iſtam tunc ſpeciem plantando pandere cęlos
Tradidit. & voluit gratos conquirier illic:
Ergo quater ternos ab aquarum & limite mundi
Hoc ventos in calle Crucis benedixerat. ipſe
Signaq́ʒ biſſena princeps ſtipando gubernat.
Ac duodena ſuis oriens plaga ſuſcipit oris
Tracta diei ſpacia. en his ſectio tota laborat.
Omnia nam Chriſti Crux gloria ſepta reſoluit.
Ipſaq́ʒ ſancta poli ſtans gaudia iuraq́ʒ terrę
Proponit. ſignat. laudat. probat. ipſaq́ʒ donat.

DVodenarius ergo numerus quam bene & apte ſanctę Cruci conueniat. non paruę rationis eſt intelligere: quippe cum duodecim venti ſint qui mundum perflant. & duodecim ſigna zodiaci. quibus ſeptem planetę circulos ſuos ordinate & diſpoſite pergunt. et duodecī menſes. quibus annuus curſus peragitur: artificialiſq; diei horę duodecim. quibus Sol totam ſuperficiē terrę illuſtrat: duodecī quoq; patriarchę ex quibus omnis multitudo filiorum Iſrahel propagata eſt. quę terram repromiſſionis ſecundum ſortes. xii. tribuum poſſedit. a quibus exorti ſunt prophetę. diuini partus precones. Vnde & ipſe ſaluator carnem ſuſcipere. et inter homines naſci dignatus eſt: qui lux in hunc mundum veniens. xii. apoſtolos q̃s ex ipſa gente elegit Sol iuſticię. in horarum ſimilitudine illuſtrans per cūctas plagas orbis. ad ſanctę trinitatis fidem predicandam direxit. Et in ędificio cęleſtis Hieruſalem eiuſdem numeri ſacramentum multipliciter inſinuatur. quod Apocalipſis quidem oſtendit. vbi ita ſcriptum eſt. Et oſtendit mihi ciuitatem ſanctam Hieruſalem. deſcendentem de celo. a deo habentem claritatem dei: lumen eius ſimile lapidi precioſo. tamquam lapidis iaſpidis. ſicut criſtallum: et habebat murum magnum & altum: habens portas duodecim & in portis angulos. xii. & nomina ſcripta. quę ſunt nomina. xii. tribuum filiorum Iſrahel. Ab oriēte portę tres. ab aquilone portę tres. ab auſtro portę tres. & ab occaſu portę tres: & murus ciuitatis habens fundamenta. xii. et in ipſis. xii. nomina xii. apoſtolorum & agni. & reliqua. Sancta enim eccleſia in hoc ędificio ſpiritali ſignificatur. quę eſt cęleſtis videlicet Hieruſalē. & vrbs regis magni. cuius artifex et conditor eſt deus. qui fundamentum eius ſimul et conſumatio eſt. q pro nobis etiam pōtifex fieri dīgnatus eſt. vt proprij ſanguinis hoſtia eiuſdem mœnia ciuitatis ablueret pariter atq; dedicaret. Omnia quęcūq; habet propria pace ipſe poſſidet. vnde & in pectore ſūmi pontificis. xii. lapides precioſi. quaterno verſu diſpoſiti. & duodecim patriarcharū nominibus īſcripti vibebant̄ imponi. vt pulcherrimo myſterio pāderetur. omnia ſpiritalia chariſmata. quę ſinguli quiq; ſanctorum virītī ex parte perficiebant. in mediatore dei & hominum homine Chriſto Hieſu. pariter & perfecte fuiſſe completa. Quod in euangelio quoq; Iohānes teſtatur. Et verbum inquit caro factum eſt. et habitauit in nobis. & vidimus gloriam eius. gloriam quaſi vnigeniti a patre. plenū gratia et veritate. Et paulo poſt. et de plenitudine eius nos omnes accepimus. & gratiam pro gratia. quia lex per Moiſem data eſt. gratia et veritas per Hieſum Chriſtum facta eſt. Habet ergo hec ſpecies ſanctę Crucis in cornibus ſuis ternas lineas. vt demonſtret. quod ſicut ipſa dextra leuaq;. in directo tramite ſuo vicinas & coadherentes lineas habet. ita ventorum. iiii. cardinalium principalitas. in dextra & ī ſiniſtra vētos alios poſitione ſua cōſociat. ſic et quattuor tempora. ternos menſes ſingula habētia. ſiue ęquinoctiis ſiue ſolſticiis media. iuxta quoſdam dirimuntur. quod illi planum erit. qui grecorum ſeu ęgiptorū

de temporibus raciones ſedulus diſcere curat. Sunt autem in ipſa Cruce duo ꝟſus hexametri, quorum prior in lõgitudine a ſũmo deorſum vadens hic eſt. In Cruce nunc menſes, venti, duodenaqꝫ ſigna. Qui autem in latitudine trãſit iſte eſt. Grex & apoſtolicus decoratur luce choruſca. Sunt quidem et alij duo verſus pentametri in lineis adiacentibus cornibus Crucis, quorum vnus per anfractum longitudini Crucis ſupra infraqꝫ copulatur ita. Sunt quoqꝫ conſocia hic ſtips, plaga, et orbis opus. Alter vero dexterę ac leuę parti in latitudine ſociabitur ita. Sancta valet celebri aſt Crux dare calle bonum hoc.

IX figura. De diebus anni in quattuor hexagonis et monade comprehenſis, et de biſextili incremento, quomodo in ſpecie ſanctę Crucis adornentur et conſecrentur.

Soletlunadeumhicchriſtumenbenediciteieſum
Cruxq:eſtveſterhonosſtabilisluxpaciferordo
Lausprobitasſeriespercunctaeſtſeculalumen
Vosquediemhacnoctemqueſimulperpenditisora
Stringitisatq:huiuscentenaadvinculagreſſum
Stirpsqehabethaecſenosdeciesetqinqiesvnum
Atq:thoroinpropriodeciesquoqueritetricenos
Namquehisſolrotaqueſenosciturinderelunaet
Temporaquehistotaetſemelomniscircuitannus
Binosquaeetdeciesqinoshabethisglobusorbes
Septimanaeatquehabetvniusquoqelimitisoram
Annusadhancq:diemverſumtenetomnisetordohic
Namhoraitadhanctempusannaliscurſusetaſtra
Iamhucquequadransaliscruxtotaqemnotatarte
Itquateretſaenisarcecircumuolatvmbriſquae
Adcreſcuntnumeroinuitusqemoſtenderitetſol
Calleſuperuacuumhocecceaequinoctiaſignant
Tuſacrastirpsq:claradieornascunctatenebris
Cruxquoqueſanctamicashincenetchriſtusvbiq:
Oracruciscompletcelſibasbarathrumorbemara
Artoordineſceptrumhacatqueaetheracelſanam
Haecquedecusmundiestsemregitaſtrapolihinc
Donatmagnaſalushocſedehaeclauſtraquecaeli
Laushominumhaecodisplanatcunctadieihauſta
Luxabiitcumſummaiugisprimumaſtraaditenſol
Atq:ſacrameffigiemhoſtisinarduaſiſtitieſum
Namiudaeafremensſatisextulitarborepomumet
Quohocpoſſentetragoniquaerereparti b:orbis
Gentesetpopuliexqattuormarisvndiqueſummis
Haequedapesvitaemonſtranturdecruceecunctis
Quodſacienturibietdeciesdecuplatareſumant
Donapatrisſũmiatq:nouenostumaetherecernant
Angelicospopulosoſingulietvndiquefulgeant
Hincmoneovtcantustotospiaſcriptaqueagamus
Quatinusexitiumſpecummorſaſperainorbemhuc
Iamfremithacpellivnadeexiliiohincvaleatiam
Poſtquoqueregnadeietſuperaiamlucenitentes
Prendamuslaetihincrerumetreſonemusouantes
Auctoremchriſtumdominumomnipotentisetalmi
Nempepatrisnatumverumalmumatq:arceſupernum
Sitquoquehaecnoſtraratiolausſemperetardor

SOl et luna deum hic Chriſtum en benedicite Hieſum.
Crux quę eſt veſter honor. ſtabilis lux. pacifer ordo:
Laus. probitas. ſeries. per cuncta et ſęcula lumen:
Voſq́ꝫ diem hac noctemq́ꝫ ſimul perpenditis hora.
Stringitis atq́ꝫ huius centena ad vincula greſſum.
Stirpſq́ꝫ habet hęc ſenos decies & quinquies vnum.
Atq́ꝫ thoro in proprio decies quoq́ꝫ rite tricenos:
Namq́ꝫ his Sol rota quę ſe noſcitur indere. Luna et
Temporaq́ꝫ his tota & ſemel omnis circuit annus.
Binoſq́ꝫ & decies quinos habet his globus orbes.
Septimanę atq́ꝫ habet vnius quoq́ꝫ limitis oram
Annus ad hancq́ꝫ diem verſum tenet omnis. & ordo hic.
Nam hora it ad hanc tempus annalis curſus et aſtra.
Iam huc que quadrans alis Crux tota quem notat arte
It quater & ſęnis arce circumuolat vmbris. quę
Accreſcunt numero inuitus quem oſtenderit. et Sol
Calle ſuperuacuum hoc ecce ęquinoctia ſignant.
Tu ſacra ſtirps quę clara die ornas cuncta tenebris.
Crux quoq́ꝫ ſancta micas hinc en & Chriſtus vbiq́ꝫ
Ora Crucis complet. celſi ibas baratrum orbem ara
Arto ordine ſceptrum hac atq́ꝫ ęthera celſa. nam
Hęc que decus mundi eſt. Sem regit aſtra poli hinc
Donat magna ſalus hoc ſede hac. clauſtraq́ꝫ cęli
Laus hominum hęc odis planat cuncta diei hauſta.
Lux abiit cum ſumma iugis primum aſtra adit en Sol.
Atq́ꝫ ſacram effigiem hoſtis in ardua ſiſtit Hieſum.
Nam Iudęa fremens ſatis extulit arbore pomum. et
Quo hoc poſſent tetragoni quęrere partibus orbis
Gentes & populi ex quattuor maris vndiq́ꝫ ſummis.
Hęcq́ꝫ dapes vitę monſtrantur de Cruce cunctis.
Quod ſacientur ibi. et decies decuplata reſumant
Dona patris ſummi. atq́ꝫ nouenos tum ęthere cernant
Angelicos populos. o ſinguli & vndiq́ꝫ fulgeant.
Hinc moneo vt cantus totos pia ſcriptaq́ꝫ agamus.
Quatinus exicium ſpe cum mors aſpera in orbem huc
Iam fremit: hac pelli vna & de exilio hinc valeat iam:
Poſt quoq́ꝫ regna dei & ſupera iam luce nitentes
Prendamus. lęti hinc rerum & reſonemus ouantes
Auctorem Chriſtum dominum omnipotentis. et almi
Nempe patris natum. verum. almum atq́ꝫ arce ſupernum
Sit quoq́ꝫ hęc noſtra ratio laus ſemper. et ardor:

DECLARATIO.

Ergo hęc figura ſanctę Crucis per quattuor hexagonos et per monadem inter medios poſitã. omnes dies anni cõplectitur: Siqdem ann us ſolaris hẽt dies .ccc.lxv. et quadrantẽ. Diuide ergo hos p iiii. quater .xci.ccc.lxiiii. fiũt. et remanet vnus dies et q̃drans. Diuide illum vnum diem per .iiii. quater ſex hore.xxiiii.fiunt. q̊d eſt integra dies a ſolis ortu vſq; ad alterum ſolis ortum Diuide ipſum quadrantẽ. quater enim hora & ſemis ſex horas complent. quod eſt biſſexti per ſingulos annos incrementum. ac inde fit ſi totum annum in quattuor partiaris: quod vna quęq; ps dies.xci. & horas ſeptem ac ſemiſſẽ contineat. atq; hęc fiat vera partitio quattuor viciſſitudinum. ideſt veris. ęſtatis. autumni. & hyemis. vt ſingulę dies.xci & ſeptẽ horas ac ſemiſſem habeãt. Notãdũ tamẽ q; in hac figura quadrãtis demonſtratio aliter non ſit. niſi ſub intellectu et examinatione ſex angulorum. vt horę ſingulę ſingulis deputentur angulis. Si enim quattuor hexagonos in angulis ſuis perſpexeris .xxiiii. horas in his notabis: qua ſcilicet plenitudine horarum dies biſſextilis conficitur. & non abſurde hęc ratio huic rei diſcreta eſt. Si enim in quattuor annis quadrãtilis portio ad vnius diei peruenerit ſũmam. rite in quattuor hexagonis quater ſex horarũ Crux oſtendit & normã. Recte ergo hexagonus diuinitus huic diſpoſitiõi ordinatus eſt: quia ſenarius numerus in tota anni ſerie plurimũ valet. Ad hoc quoq; demonſtrandũ ponamus partem vnius capitli de libro ſancti Auguſtini quarto de ſancta trinitate. Annus etiam vnus ſi.xii. menſes integri cõſiderentur. quos triceni dies complent. talem quippe menſem veteres obſeruauerunt. quem circuitus lunaris oſtẽdit. ſenario numero pollet. Quot enim valent ſex in primo ordine numerorum. qui conſtat ex vnis vt perueniatur ad .x. hoc valent .lx in ſecundo ordine. qui conſtat ex denis vt perueniatur ad .c. Sexagenarius ergo numerus dierum. ſexta pars anni eſt. Proinde per ſenarium primi verſus multiplicãtur. tamquã ſenarius ſecundi verſus. & fiũt ſexies ſexaginta. treceteni et ſexaginta dies. qui ſunt integri .xii. menſes. Sed quoniã ſicut menſem circuitus lunę oſtendit hominibus. ſic annus circuitu ſolis animaduerſus eſt. Reſtant autem quinq; dies et quadrans diei. vt ſol impleat curſum ſuum. annumq; concludat. Quatuor enim quadrantes faciunt vnũ diem: quẽ neceſſe eſt intercalari excurſo quadriennio (quod biſſextum vocant) ne temporum ordo turbetur. etiam ipſos quinque dies & quadrantem ſi conſideremus. ſenarius numerus in eis plurimum valet: & primo ſicut fieri ſolet vt a parte totum computetur. non ſunt iam dies quinq; ſed potius ſex: vt quadrans ille accipiatur pro vno die. Deinde quia in ipſis quinque diebus ſexta pars menſis eſt. ipſe autem quadrans ſex horas habet. Totus enim dies ideſt cum ſua nocte. vigintiquattuor horę ſunt: quarum pars quarta. quę eſt quadrans diei. ſex horę inueniuntur. Ita ergo in anni curſu ſenarius numerus plurimum valet. Merito itaque ſanctę Cruci aptata eſt ſeries dierum: quia per ipſam illuminata ſunt corda hominum. Ipſi

competit copulatio hexagonorum: quia in ipſa conſtat perfectio rerum. Ad ipſam ordo temporalis lucis conuenit: quia per ipſam lucem ęternam homo inuenit. Ad illam nonagenarius numerus cum monade cōcurrit. quia per illā angelicus ordo ad ſui numeri plenitudinē peruenit. Ad ipſius quoq; medietatē ex quattuor partibus hexagoni directi vnitate copulātur: quia per ipſius maieſtatē omnes gentes ex. iiii. plagis mundi in vnitate fidei ſociātur: ipſiusq; cōpleto opere cęleſtis atq; terreſtris creatura vna charitate coniungūtur. Ipſi honor et maieſtas: per cuius clementiā hęc cuncta perpetrata ſunt. laus et gloria in ſecula ſeculorum. Habet quippe hęc ſpecies ſanctę Crucis. in lōgitudine per duos hexagonos metrū ſaphicum. quod eſt pēthametrū. endecaſyllabū. et ſūt eius tres vſus pares. Recipiūt autē ſinguli hos. iiii. pedes binarų ſyllabarų. trocheum. ſpondeum. trocheum. iambum et vltimū triſſyllabum bachium. Poſt tres autem verſus addit dicolos dactilicus. hoc eſt dactilus et ſpondeus. Sūtq; in ſupmo hexagono hij verſus. Terq; cētenos decieſq; ſenos. Et ſemel quinos habet vniuerſum. Tempus: annalis Cruce circuitus. Ecce dies hic. In ſecūdo quoq; hij. Sed plagis poſti ſatis exagoni. Quattuor monſtrant decies nouenos. Singuli totos pie cū monade. Et ſuper vnū. Notandū autem quod ſuperiores verſus quia. C. litteram quę in medio hexagonorū eſt ſibi attrahūt xcii. litteras habent. ſequentes vero. xci. Illi autē duo hexagoni qui tranſuerſā partem Crucis faciunt metro elegiaco compoſiti ſunt. quorū prior hos verſus habet. Stirps quoq; ſancta Crucis complet certo ordine ſceptrum. Hęcq; decus mundi et magna ſalus hominum hęc Poſterior vero iſtos. Cuncta tenet Chriſtus barathrum orbem atq; ęthera celſa. Nam regit aſtra poli hic clauſtraq; cuncta diei.

X. Figura. De numero Septuagenario et ſacramentis eius: quomodo Cruci conueniant.

Quidferatenvitamcorruptioquidvereatur
Debitaquidlaxetquidvinclatenaciacedat
Nuncdecetvtveraxſpeilarishocmuſabeato
Carminedepromatcrucisarduadicatetacta
Hocmeritovoxfaucenomnishocperſonatarte
Osdigitiplectrumvotacorlingualoquella
Quodceciditbellotoruusdraconoxiusille
Artevenenatahominemtruxquiexpuliteden
Traxeratatquecadensdecaeliluciferarce
Terciamadinfernifumantiaſulfureſtagna
Aſtrorumpartemſecumquiafraudeſuperbus
Temptauitſuperoſonsſeſimilareſupernum
Ingelidaſtatuensaquilonisſedetribunal
Agnushuncquelupumſuperauitiurepotenti
Eripuitpraedamſtudiaqueferociapreſſit
Imoatgentesexplacitoadſacranuntiacura
Conuertitmelioranotanscaeleſtiadonans
Nealboortuledathuiccastofabulaiamſiin
Roboreconſurgitquidogmataſenſitaperta
Nearetoscantuſuppletrexaridahaustaqe
Inqueſacralaudefecundatgerminisauctor
Istaenperfidiamcausatpraemunerecellit
Virtuslargacrucisdimittensdebitamundo
Deniquehocnumeromanifeſtaredemtiototo
Quodfueritmundodanielisſeptuagintahoc
Ebdomadaeſignantvtpraeuaricatiocertum
Acciperetfinempeccatumetnoxaetiniquum
Iuſticiamq:aeternãadduceretipſecreator
Ieremiasdeciesſeptenosſcripſitetannos
Poſtquosipſeſuosavinclisſolueretauctor
Atmoiſesſanosmonitudiſcreueratipſehis
Quosdocuittoleransſenioresſeptuaginta
Saeculapacificanscruxluſtrastotabeato
Famineeuangeliidecalogietfoedereclaro
Necerisinſcriptaimposreoripſafiguraen
Inquinisſenſusſummisdesquodpiecunctos
Magnificeetplaciteiustotibiiurefauere

Quid ferat en vitam. corruptio quid vereatur
Debita quid laxet. quid vincla tenacia cedat.
Nunc decet vt verax ſpe hilaris hoc muſa beato
Carmine depromat: Crucis ardua dicat & acta.
Hoc merito vox fauce omnis hoc perſonet arte.
Os. digiti. plectrum. vota. cor. lingua. loquela:
Quod cecidit bello toruus draco. noxius ille
Arte venenata hominem trux qui expulit eden:
Traxerat atq; cadens de cęli lucifer arce
Terciam ad inferni fumantia ſulphure ſtagna
Aſtrorum partem ſecum: quia fraude ſuperbus:
Temptauit ſupero ſons ſe ſimilare ſupernum
Ingelida ſtatuens Aquilonis ſede tribunal:
Agnus huncq; lupum ſuperauit. iure potenti
Eripuit prędam ſtudiaq; ferocia preſſit:
Imo at gentes ex placito ad ſacra nuncia cura
Conuertit. meliora notans. cęleſtia donans:
Ne albo ortu lędat huic caſto fabula iam ſi in
Robore conſurgit. qui dogmata ſenſit aperta
Ne areat os cantu. ſupplet rex arida hauſtaq;
In que ſacra laude fœcundat germinis auctor:
Iſta en perfidiam cauſat prę munere cellit
Virtus larga Crucis. dimittens debita mundo:
Deniq; hoc numero manifeſta redemptio toto
Quod fuerit mundo. Danielis ſeptuaginta hoc
Ebdomadę ſignant: ut preuaricatio certum
Acciperet finem. peccatum. & noxa. et iniquum:
Iuſticiamque ęternam adduceret ipſe creator:
Hieremias decies ſeptenos ſcripſit & annos.
Poſt quos ipſe ſuos a vinclis ſolueret auctor:
At Moiſes ſanos monitu diſcreuerat ipſe his.
Quos docuit tolerans ſeniores ſeptuaginta:
Sęcula pacificans. Crux luſtras tota beato
Famine euangelij. decalogi. & fœdere claro:
Nec eris inſcripta impos reor ipſa figura. en
In quinis ſenſus ſummis des. quod pie cunctos
Magnifice & placite iuſto tibi iure fauere.

SEptuagenariũ quippe numerũ preſens forma ſanctę Crucis ſparſis litteris cõſcripta demõſtrat. quo nobis intimat̃. oĩa myſteria q̃ idem numerus cõtinet honori ſanctę Crucis decẽtiſſimo cõuenire. Nã.lxx anni captiuitatis q̃s Hieremias ꝓpheta p̃dixit pplõ ſacrilego futuros. q̃d aliud ſignificãt? quã om̃e tẽpus iſtius vitę.q̃p per ſeptenariũ dieꝝ numeꝝ diſcurrit.quo ꝓpt̃ pct̃m primi hominis dãnati ſumus. et pœnis erũniſcꝫ affligimur et variis tribulationibus atcꝫ ãguſtiis quottidie afficimur.Sed quia finẽ captiuitatis poſt.lxx.annos idem ꝓpheta p̃nunciauit:hoc niſi fallor ĩſinuat' q̃d in fine mũdi captiuitas nr̃a pfecte diſſoluet̃.q̃n nouiſſima et inimica deſtructur mors. quãdo ſit̃ et de animę decore et de corpis ĩmortalitate ſine fine cũ Xp̃o gaudebimus:atcꝫ ideo in ſc̃tẽ Crucis forma hęc ratio oportebat demonſtrari. quia ip̃a p Chriſti paſſionẽ huius gracię nobis cõtulit effectũ. Cui rei concordãt ipſa verba ꝓphetę.q ait. Hęc dicit dñs.Cũ cœpint impleri in Babilõc. lxx anni.viſitabo vos.& ſuſcitabo ſup vos verbũ bonum.& reducã vos ad locum iſtũ. ego enĩ ſcio cogitationes pacis et nõ afflictionis. vt dem vobis finẽ bonũ et patienciã.et inuocabitis me.et ibitis et adorabitis me. et exaudiã vos. q̃retis me et nõ ĩuenietis. cũ q̃ſieritis me in toto corde vr̃o inueniar a vobis ait dñs. et reducã captiuitatẽ vr̃ãm.et cõgregabo vos de vniuerſis gẽtibus. et de cũctis locis ad q̃ expuli vos. et reuerti vos faciam ad locũ a quo trãſmigrare vos feci. et reliq̃. Quid eſt enĩ q̃d dicit ꝓpheta:cũ cœperit ĩpleri in Babilone.lxx.ãni viſitabo vos et ſuſcitabo ſup vos verbũ bonum? niſi quod dicit ap̃lus. q̃n aũt venit plenitudo tp̃is. miſit deus filium ſuum factũ ex muliere.factum ſub lege. vt eos q ſub lege erant redimeret.vt adopcionẽ filiorũ recipemus. et item. in nouiſſimis diebus locutus eſt in filio ſuo.quẽ cõſtituit heredẽ vniuerſorũ. per quẽ fecit & ſecl̃a.Cũ cœperit impleri dixit.nõ cũ cõpleti fuerit. quia nõ in cõſumatiõe mũdi. ſed in nouiſſima ętatũ ſecl̃i incarnatus eſt Chriſtus.et per verbum euangelij illuminauit credẽtes.atcꝫ per paſſionem et reſurrectionẽ ſuam reſtaurauit genus humanũ. Quod enim bis in hoc capit̃lo reuerſionẽ p̃dicat. hoc eſt in eo quod dicit. et reducã vos ad locũ iſtum. et paulo poſt ſubiũgit.et reuerti vos faciam ad locũ a quo tranſmigrare vos feci. poteſt intelligi. quod animę reuerſionẽ ad regem in priori ſentẽtia:et in ſecũda corporũ reſurrectõnem ad gloriã inſinuet.Poſt mortẽ ergo ſanctoꝝ aĩę mõ in paradiſũ vadunt. et in fine mundi recipientes corpa ſua. regnũ intrabunt ęternum. Septuagita vero ebdomadas numerauit Daniel vſcꝫ ad Chriſtũ. quãdo finem acciperet delictum & p̃uaricatio: et adduceret̃ iuſticia ſempit̃na. Verũ vt hęc apertius eluceſcãt. ipſa iam angeli ad ꝓphetam dicta videamus. Septuagita inquit hebdomadę abbreuiatę ſunt ſuper ppl̃m tuum. & ſuper vrbem ſanctam tuam. vt cõſumet̃ p̃uaricatio. et finem accipiat peccatũ. et deleatur iniq̃tas. et adducatur iuſticia ſempit̃na. & impleatur viſio et ꝓphetia. et vngat̃ ſanctus ſanctorum. et reliqua. Nulli dubiũ. quin hęc verba Chriſti incarnationẽ deſignent. qui tulit

peccata mundi. legem & prophetas impleuit. vnctus eſt oleo leticie pre parti-
cipibus ſuis. Numeret igitur iſte hebdomade p ſeptenos annos diſtincte. a vi-
ceſimo anno regni Artaxerſis regis. quādo Neemias pincerna eius īpetrauit
ab eo reſtaurari muros Iheruſalē. templo mlto ante Cyro pmitēte cōſtructo.
que ipſe abbreuitate eſſe deſcribunt. hoc eſt ſecūdū lune cōputum duodenoꝝ
menſiū lunarium. hinc fiunt anni quadringēti nonaginta. qui ad ſolem redacti
faciunt annos .cccc.lxxv. ad eius vero baptiſmū qn̄ vnctus eſt ſactus ſctōrum.
deſcēdēte ſuper eū ſpūſancto ſicut columba. nō ſolum hebdomadas. vii. et. lxii
fuiſſe completas. ſed et partē iam ſeptuageſime hebdomadis inchoatā. Et poſt
hebdomadas īquit .lxii. occidet Chriſtus. & nō erit eius populus qui eum ne-
gaturus eſt. Non ſtatī poſt. lx. duas hebdomadas. ſed in fine ſeptuageſime eb-
domadis occiſus eſt Chriſtus. quam ideo quantū conicere poſſumus ſegrega-
uit a ceteris. quia de hac erat plura relaturus. Nā & Chriſtus in illa crucifixus.
et a populo perfido nō modo in paſſione. ſed cōtinuo ex quo a Iohanne pre-
dicari cœpit negatus eſt. Cōfirmabit aūt multis pactū hebdomadibus. vna īpa
videlicet nouiſſima. in qua vel Iohānes baptiſta vel dn̄s & apoſtoli pdicando
mltos ad fidem cōuerterūt. Et in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia et ſacri-
ficium. hoc eſt. xv. anno Tyberij ceſaris. qn̄ inchoato Chriſti baptiſmate ho-
ſtiarū purificatō Chriſti fidelibus paulatī vileſcere cœpit. & merito. quia quā-
to magis appropinqbat veritas. vmbra ſecedebat. Dignū etiam erat vt quādo
ipe ſaluator in Cruce fieri voluit hoſtia legalis. pecudū deſineret victima. &
quādo verus agnus dei Chriſtus p totius mundi peccatis immolatus eſt. typi-
cus ille deficeret. qui pro vnius gentis liberatione in teſtimoniū occiſus eſt. Itē
lxx. pſbiteros Moiſes dn̄i mandato populo pretulit. vt oſtenderet ſolummō
qui per ſpūſſancti graciam legem ſpiritalit intelligunt. idoneos eſſe aliis magi-
ſterium prebere. & hoc in ſancte Crucis decebat numero oſtendi: quia non
eſt inuentus neqꝫ in celo neqꝫ in terra neqꝫ ſubtus terram qui aperiret librum.
& ſolueret ſeptē ſignacula eius. reſpiceretqꝫ illū: niſi agnus qui in medio thro-
ni ſtat tāquam occiſus. habens cornua ſeptem & oculos ſeptem: Leo quidem
de tribu Iuda radix Dauid. qui clauem tenēs claudit & nemo aperit. aperit &
nemo claudit. qui datus eſt in lucem gentiū vt aperiret oculos cecorū. vt edu-
ceret de cōcluſione vinctum. de domo carceris. ſedentē in tenebris & vmbra
mortis. Sunt quidē hic in figura ſancte Crucis. v. ſperule diſpoſite. que ſimul
numerū .lxx. continent ſigillatim vero vnaqueqꝫ .xiiii. harumqꝫ .iii. vnum
verſum tenent in longitudine a ſummo incipientem & in ima deſinentem. ita.
Crux pia conſtructa hic ſuperaſti vincula mortis. Item in latitidine tres ſūmu-
le alium verſum tenent ita. Magna bona & ſancta hic ſuperaſti crimina ſecli.
Medietas quoqꝫ Crucis vtriqꝫ verſui communis eſt.

Tepateralmepolidoctoremcarmineiniſto
Rectoremquevocofelicibusannuecoeptis
Tupiusetclemensſenſumdansverbaq:caſta
Vttuaquidprimaſignetlexpandereposſim
Atcrucisaeternamlaudemlegiſq:ſecundae
Iusdemonſtrandumvotaritusqueperennes
Cumprimumhaecritegeneratiomaximarerū
Exortaeſtexinuiſiscrucisalmarefulſit
Gloriacumdonoluxalmabcauitetaruahaec
Cunctaſimulrecreattuaq:nuncdexteraxp̃s
Etveralucisdansmuneracumcruceſaeclis
Namgeneſisvitaelaudatmirabileligñ:hoc
Intercunctafuitplantatumquodparadiſo
Viuificanslignatribuensetmunerafruct:
Hocpatriatq:iſacvexitmultandusadaltar
Oratetexodushociuraſatisaſtnumerorum
Euheratqueccuiacerdotiumeruscanitore
Nūptacanittriuiisleuib:ventatmarelud:
Vdattranſituhoſticusobmagnaliacantat
Etplebscarmeneíoptimepuremiratrophaea
Laudēinamoredīpſallitq:triumphieteoum
Hocmareteſtaturvictricesorbitacalles
Adveterēhoclignumlegisdulcauitabyſum
Bispetramexcuditviuamproduxitetvndam
Namqueamalechcanamdeuicitprimitusirā
Signumhuiusparíternomendeleuitetilli
Botrumhocvectepiumrenotavexitvterque
Vectorumvotisetouantibusomnialaudant
Donadeiterrishisgaudiaineſſeepularum
Quisbenemyſteriadicitveldicerecuncta
Ritevaletcruxdonatuacuinonſatisomnis
Linguacreaturaepoteritdepromerelaudē
Hoſtiatepatrisaeternidedicaueratataram
Vitaeſerpentemexaltaſtiettupiecriſtū
Monſtraſtipopulodetetquiddicerepoſſū
Cunctabonadederasdemebasetmalacuncta

TE pater alme poli doctorem carmine in iſto
Rectoremq́ꝫ voco. fœlicibus annue cęptis
Tu pius et clemens ſenſum dans. verbaq́ꝫ caſta.
Vt tua quid prima ſignet lex pandere poſſim
Ad Crucis ęternam laudem legiſq́ꝫ ſecundę
Ius demonſtrandum. vota. rituſq́ꝫ perennes:
Cum primum hęc rite generatio maxima rerum
Exorta eſt. ex inuiſis Crucis alma refulſit;
Gloria cum dono lux alma beauit et arua hęc
Cuncta ſimul recreat tua quę nunc dextera Chriſtus:
Et vera lucis dans munera cum Cruce ſęclis:
Nam geneſis vitę laudat mirabile lignum hoc
Inter cuncta fuit plantatum quod paradiſo.
Viuificans ligna tribuens et munera fructus:
Hoc patri atq́ꝫ Yſaac vexit multandus ad altare
Orat et exodus hoc iura ſatis eſt numerorum.
Eueher atq́ꝫ cui acerdoti vmerus canit ore
Nupta canit triuiis leuibus. ventat mare: ludus
Vdat tranſitu hoſticus. ob magnalia cantat.
Et plebs carmen ei optime. pure. mira trophęa
Laudem in amore dei pſallitq́ꝫ triumphi: et eoum
Hoc mare teſtatur victrices orbita calles:
At veterem hoc lignum legis dulcauit abyſſum:
Bis petram excudit. viuam produxit et vndam:
Namq́ꝫ Amalech canam deuicit primitus iram.
Signum huius pariter nomen deleuit. et illi
Botrum hoc vecte pium renota vexit vterq́ꝫ
Vectorum votis et ouantibus omnia laudant
Dona dei terris his gaudia ineſſe epularum:
Quis bene myſteria dicit vel dicere cuncta
Rite valet Crux dona tua? cui non ſatis omnis
Lingua creature poterit depromere laudem:
Hoſtia te patris ęterni dedicauerat aram:
Vitę ſerpentem exaltaſti et. tu pie Chriſtum
Monſtraſti populo: de te et quid dicere poſſum
Cuncta bona dederas demebas et mala cuncta:

DECLARATIO.

QViſquis legis primę plenam deſiderat habere noticiā. neceſſe eſt
vt huius figurę per omnia memor ſit. et eius factum mente ſepius
reuoluat: et cōparans priora poſterioribus recolat ſcriptum. om-
nia in figura contingebant illis. ſcripta ſunt autem ad correctionē
noſtram. in quos fines ſęculorum deuenerunt: et quod exemplari et vmbrę
deſeruiūt cęleſtium. et item. vmbram enim habens lex futurorum bonorum.
non ipſam imaginem rerum. Vmbra enim non ſine vero corpore fit: ſed ta-
mē ipſa in ſe veram et integrā ſpeciē corporis nō exprimit. Quaꝓpter opor-
tet vt quiſquis veritatis amator eſt ſi vmbrā prius videat. ad verū corpus cuius
ipſa vmbra eſt. ocius oculos conuertat: ne dum penitus in vmbra intuitu he-
reat. veritatis fructum negligēs perdat. Lex ergo hauſtum ſitientibus ꝓbuit.
ſed ſine ligno potabilis nō fuit. Oſtēdit quippe dominus Moiſi lignum: quod
mittens in aquam. omnem amaritudinem in ea abſumpſit: et quę prius ſitiētes
populos vano alliciebat aſpectu. ligno immiſſo. omnes dulciſſimo refrigera-
bat potu. Itaqȝ ſecundum apoſtolum lex quidem eſt ſancta. et mandatum ſan-
ctum. et iuſtum et bonum: ſed lex ſpiritualis eſt. vt idem dicit apoſtolus. et
non in vetuſtate litterę ſed in nouitate ſpiritus debet ītelligi. Littera enim oc-
cidit: ſpiritus autem viuificat. Lex ergo ſpiritus vitę. ī Chriſto Hieſu liberauit
nos a lege peccati et mortis. Nā quod īpoſſibile erat legis. in q̄ infirmabat̄ per
carnem deus: filium ſuum mittens in ſimilitudinē carnis peccati. et de peccato
peccatum damnauit in carne. vt iuſtificatio legis impleretur in nobis. qui non
ſecundum carnem ambulamus ſed ſecundum ſpiritum. Scriptum quippe eſt
in lege. Maledictus omnis qui non permanſerit in omnibus quę ſcripta ſunt
in libro legis vt faciat ea. Sed quoniam in lege nemo iuſtificatur apud deum.
et quicumqȝ ex operibus legis ſunt. ſub maledicto ſunt: Chriſtus nos redemit
de maledicto legis. factus pro nobis maledictum. quia ſcriptū eſt. maledictus
omnis qui pendet in ligno: vt gentibus benedictio Abrahę fieret in Chriſto
Hieſu. vt pollicitationem ſpiritus accipiamus per fidem. Igitur cum deſtructa
ſit maledictio legis per Crucem. et eius amaritudo per ipſam conuerſa in dul-
cedinem: dignum eſt etiam vt in eius effigiem diſponantur libri legis: vt con-
gruentia operis in hoc innoteſcat. et myſterij ſacramentum appareat. Ergo in
capite hoc eſt in culmine ſãctę Crucis ſit poſitus liber geneſeos. quia ipſe caput
eſt et primus omnium librorum. narrans quod in principio fecit deus cęlum
et terram. vtiqȝ per filium ſuum coęternum ſibi deus pater ideſt per verbum
ſuum: de quo dicit pſalmiſta. Verbo dei cęli firmati ſunt. et ſpiritu oris eius
omnis virtus eius. Hinc dicit et euangeliſta Iohannes. Omnia per ipſum facta
ſunt. et ſine ipſo factum eſt nihil. In ima vero parte Crucis hoc eſt in pede. ſit
poſitus nouiſſimus quiqȝ librorum legis. ideſt deuteronomium. quod inter-
pretatur renouatio legis: vtiqȝ ſignificans euangelium in quo cuncta quę lex
figuraliter atqȝ typice protulit. veraciter ac ſpiritualiter ſunt enodata. ac noſtri

ſaluatoris ore reſerata. Iure ergo in capite Crucis geneſeos. & in fine deuteronomiũ conſiſtunt: quia eum quem lex narrat in principio temporis cum patre omnia condidiſſe. in fine temporis hunc euangelium refert cuncta per Crucẽ renouaſſe. Exodus vero bene in dextra ponitur. in quo exitus filiorũ Iſrahel de ęgipto conſcribitur. & ibidem plura a domino facta miracula narrant. iuxta illud pſalmiſtę. Dextera domini fecit virtutem. & item: qui percuſſit ęgiptum cũ primogenitis eorũ. et eduxit Iſrahel de medio eius. in manu forti et brachio excelſo. In ſiniſtra quoqꝫ liber numerus eſt poſitus: quia ipſe ſiniſtras congregationes Chore Dathan et Abyron contentiones contra Moiſen et Aaron leuaſſe deſcribit. & per domini potentiam cicius compreſſas. At leuiticus in medio omnium ſtans. Crucis medietatem tenet: quia illum pontificem deſignat in plurimo ritu ſacrificiorum. qui in ara Crucis ſemetipſũ obtulit hoſtiã inmaculatam deo. ad exhaurienda multorum peccata. et pro tranſgreſſoribus exorans. exauditus eſt pro ſua reuerentia. Ergo in quinqꝫ tetragonis quinqꝫ libri legis per quiuqꝫ verſus hic notantur. qui ſunt iuxta ordinem tetragonioꝝ loco ſexto. & per ſenarium in ſemet multiplicato. Sexies enim ſeni faciunt in plana figura ſextum tetragonum. quod facit. xxxvi. Eſt quoqꝫ verſus tetragoni ĩ arce Crucis poſitus iſte. Te geneſis Crux alma beat tua munera laudat. Secundus vero eſt. qui in tetragoni dextri cornu poſitus hic. Exodus atqꝫ canit tranſitus carmen amore. Tercius namqꝫ in medio Crucis eſt ſitus hic. Iura ſacerdotis leuiticus optime pſallit. Quartus quidem in ſiniſtro cornu ſcriptus eſt ita. Aſt numerus cantat magnalia mira triumphi. Vltimus etiam qui in vltimo tetragano. ideſt in baſe Crucis deſcriptus eſt. ita ſonat. Nam deuteronomium renouantis gaudia dicit.

XII figurā. De nomine Adam prothoplaſti, quomodo ſecundum Adam ſignificet. et eius paſſionem demonſtret.

Pergeſalutiferamſpecioſodicereverſu
Muſacrucisdominilaudēſolamenetactum
Inquamorsvictaeſtcunctadimiſapiacla
Luxrediitmundoveniaetcummunerevenit
Adamnamprimustulitomniadignadecoris
Progenieextotanocuacumpabulaſumpſit
Cunctavenuſtabonaremearuntcarabeata
Cũaduenitieſusadampieinaruaſecundus
Vniusexhominisſceleretotdamnatulere
Inrebuscunctiperiturietmorteminores
Vniusatqehominisdonoſaluanturvbique
Credentesomnesfruituriacluceſuperna
Deniqueregnauitperlignumnoxiacuncto
Morsetiammundodominansetſortebeatum
Captiuaregnumperlignũacperdiditomne
Etnocuosmultosamiſeratinprobaquondã
Entotitribuitchriſtusvtianuaſirhinc
Orbimundonamſpeciemtotamacpiushicis
Conſtituittollensdirasarashuicintus
Etdederatlucemcordisetpangerepactum
Primushomoterrenuseratetpignoratota
Terrenagenuitmortisquisdebitaliquit
Poſteriorverusfueratcaeleſtisetadam
Caeleſtisquemanetcuiusgeneratiotota
Hicdominusmunditerraepontiquepoliqe
Regnatinaeternumdonatcumregnabeatis
Quattuoripſedabittotiusconditoradam
Iureplagasorbistanqamdenominedictas
Cuiusluxvirtusdominumteſtanturvbiqe
Enanatoldyſisarctonmeſembriahaecſic
Deſignantodisarteendeeetvtpiecuncta
Auctoremdominumcognoſcantlaudebeata
Etcelebrentcriſtumqodvereefiliusipſe
Summiſitpatrisetdexteraveratonantis
Cuiuscurabonaeſttact:medicinaſalutis

PErge ſalutiferam ſpecioſo dicere verſu
Muſa Crucis domini laudem. ſolamen et actum.
In qua mors victa eſt. cuncta dimiſſa piacla.
Lux rediit mundo. venia et cum munere venit:
Adam nam primus tulit omnia digna decoris.
Progenie ex tota. nocua cum pabula ſumpſit:
Cuncta venuſta bona remearunt. cara beata
Cum aduenit Hieſus Adam pie in arua ſecundus:
Vnius ex hominis ſcelere. tot damna tulere
In rebus cuncti. perituri et morte minores:
Vnius atque hominis dono ſaluantur vbique
Credentes omnes. fruituri ac luce ſuperna:
Denique regnauit per lignum noxia cuncto
Mors eciam mundo dominans et ſorte beatum
Captiua regnum per lignum ac perdidit omne:
Et nocuos multos amiſerat improba quondam.
En toto tribuit Chriſtus vt ianua ſit hinc
Orbi. mundo: nam ſpeciem totam ac pius hic is
Conſtituit tollens diras aras huic intus
Et dederat lucem cordis. et pangere pactum:
Primus homo terrenus erat. et pignora tota
Terrena genuit mortis quis debita liquit:
Poſterior verus fuerat cęleſtis et Adam.
Cęleſtiſque manet cuius generatio tota.
Hic dominus mundi. terrę. pontique. polique.
Regnat in ęternum donat cum regna beatis.
Quattuor ipſe dabit totius conditor Adam
Iure plagas orbis. tanquam de nomine dictas:
Cuius lux virtus dominum teſtantur vbique.
En anatol. dyſis. arcton. mezembria. hęc ſic
Deſignant odis arte. en decet vt pie cuncta
Auctorem dominum cognoſcant laude beata:
Et celebrent Chriſtum. quod vere filius ipſe
Summi ſit patris. et dextera vera tonantis:
Cuius cura bona eſt. tactus medicina ſalutis.

DECLARATIO.

QVid ergo ſibi velit hęc figura et hęc conſcriptio. oportet intelligi. Nomē enim primi hominis ideſt Adam. in figura et forma ſanctę Crucis diſpoſitum eſt: de quo exortę ſunt omnes gentes. et omne genus humanum originem traxit: qui ſecundum apoſtolū eſt forma futuri videlicet Chriſti. de quo idem apoſtolus ita dicit. Factus eſt primus Adam in animam viuentem. nouiſſimus Adam in ſpiritum viuificantem. Et paulo poſt. primus inq̄t homo de terra terrenus. ſecundus homo de cęlo cęleſtis: qualis terrenus. tales et terreni: et qualis cęleſtis. tales et cęleſtes. Igitur ſicut portamus imaginem terreni. portemus et imaginem cęleſtis. Et cur hoc dixerit. ſtatim cauſam ſubiunxit. Hoc autem dico fratres. quoniam caro et ſanguis regnum dei non poſſidebunt. neq; corruptio incorruptelam poſſidebit. Recte enim nomen Adam in Crucem cōfiguratum ponitur. in qua omne genus humanū per Chriſtum liberatum eſſe cognoſcitur. nec in alia forma ſpecies redemptionis noſtrę magis conuenit haberi quam in illa. vbi plagę totius mundi potuere comprehendi. Quę ſcilicet ſācta Crux eſt. quę iacens totum orbem metitur. de qua poeta ait. Quattuor inde plagas quadrati colligit orbis. Splendidus auctoris de vertice fulget eous. Occiduo ſacrę lambuntur ſidere plantę. Arcton dextra tenet. medium leua erigit axem. Cunctaq; de membris viuit natura creantis. Et cruce confixus dominus regit vndiq; mundum. Hoc idem et in nomine prothoplaſti olim deſignatū fuit. ſcilicet Adam. In cuius vocabulo quattuor litteris. quattuor orbis terrarum partes per grę cas appellationes demonſtrantur. Si enim grece dicantur oriens. occidens. aquilo. meridies. ſicut pleriſq; locis ſancta eos ſcriptura commemorat in capitibus verborum inuenies Adam. Dicuntur enim grece memoratę quattuor mundi partes. Anatole. dyſis. arctos. mezembria. Iſta quattuor nomina. ſi taquam verſus quattuor ſub inuicem ſcribis. in eorum capitibus Adam legit̃: et inde intelligi datur dominum orbis eum eſſe creatum. et ſignificare eum qui in Cruce quadrata totius orbis futurus erat redemptor et reparator. Vnde et ſecundus Adam dicitur. Habet quoq; idem nomen in ſe myſterium incarnationis Chriſti. ſi numerus in litteris eiuſdem nominis ſecundum gręcorum regulam. qui ad litteras ſuos numeros computant. intendatur. A enim in numeris apud Gręcos ſignificat vnum. Δ quattuor. A alterum vnum. M. xl. Coniunge hos numeros quattuor. fiunt. xl. vi. et hoc eſt quod Iudęi in euangelio reſpondiſſe leguntur. xl. vi. annis ędificatum eſt templum hoc. et tu in tribus diebus excitabis illud. quod euangeliſta intelligens dixit. Hoc autem dicebat de templo corporis ſui. quia dn̄s noſter Hieſus Chriſtus de Adam corpus accepit. nō de Adam peccatum traxit: templum corporeum inde ſumpſit. nō iniquitatem quę de templo pellenda eſt. Ipſam autem carnem quam traxit de Adam. (Maria enim de Adam. et domini caro de Maria) Iudęi crucifixerunt. et ille reſuſcitaturus erat ipſam carnem triduo quam illi in Cruce erant

occiſuri. et ita illi ſoluerunt templum .xlvi. annis ędificatum . et ipſe in triduo reſuſcitauit illud. Benedicamus igitur nos deum patrem omnipotentem : qui per verbum ſuum ſibi coęternum formauit nos. Benedicamus et dominum noſtrum Hieſum Chriſtum filium dei vnigenitum: qui per myſterium incarnationis ſuę in Cruce reformauit nos. Benedicamus et ſpiritumſanctum : qui per graciam ſuam illuminatos vitę ęternę conſignauit nos: vnum et ſolum deum omnipotentem : ęternum. immenſum. ineſtimabilem. incomprehenſibilem. immortalem. inuiſibilem : illum vnum deſideremus. a quo et beabimur: illũ ſolũ ex toto corde. tota mẽte. tota virtute diligamus. in cuius amore ĩęternum iocundabimur: ad illum tantum curramus. illiq; ſolum in hac peregrinatione ingemiſcamus. qui nos in cęleſtibus in conſpectu glorię maieſtatis ſuę remunerabit. et ſine fine lętificabit. Ipſi gloria. et honor. et poteſtas. et imperium in ſecula ſeculorũ Amen. Aſt hic in quattuor litteris grãdioribus nomĩs Adam. per puiores litteras quinquagĩta et vnam. talis cõſcriptus eſt verſus. ſecundũ ordinem litterarum nominis Adam legendus ita. Sancta metro atq; arte en decet vt ſint carmina Chriſto hinc.

XIII Figura'. De diebus concepcionis Chriſti in vtero virginis: quattuor Crucibus demõſtratis, hóc éſt, .cc.lxxvi: et eiuſdem numeri ſignificatione.

Arborodorepotensfrondoſoverticelata
Quaſummavereſacrouffluitordinebertas
Ortusditatusetparcuinullusinorbeeſt
Floribusetfoliismillenogerminediues
Omnesexcedensaltasgrauitudineſiluas
Cumtotampiemagnusveſtithonoſq:decuſq:
Ambituverusonorlaetusloquitureavoto
Stanshomoliuorhocnationidenegatatri
Demonishorrendusremſcirilaudemoueri
Arborſolatenensvariosvirtutecolores
Purpureoregisſubtacturoſcidafulgens
Aeternocsradiostantintenampievincte
Edesturritaeexhocdudumeſtnonnebeata
Machinaetipſadeiaraetquiiusitsvprema
Larhocneeſtetmiralucernahocotiatota
Agn:hocstatuitſignansq'oqueriteuiando
veraſalusiſtaquodverusfonsbonitatis
Eſtbenedictioq:ſacravitamorpietasque
Sanctaſalutisluxetvitaredemptiovera
Inq:domuprincepsdonumdatpacisinorbem
Iuraqamicitiaehincfirmauitdepoſuitq:
Asſcitaantiquiniſuſq:texitiemsmorscũ
Inlecebriluſucircaignemnoxiaenimſic
Pellaxdecipitetſocordemubiinqietato
Conſpexitvotoiãarridensvinxitaperte
Otucruxſpecioſaopinuspulchrioromnia
Quaevincisnemoraocaedrisaltioripſis
Monſtrasnamenumeroradiantidonabeata
Aduentuieſusquaeintusprobusotianutu
Istuleritdabatiisſebeatecumpievenit
Egrediensv'luahucetblandonumineſemet
Signauitcaelosterrenaetcondereregna
Vtdudumſanctilinguacecinereproꝓetae
Fecerithiceelſadoctordumcondiditima
Imperiũinq:humeriſtantoſitq'odpieregi

Arbor odore potens frondoſo vertice lata.
Qua ſumma vere ſacro v fluit ordine bertas.
Ortus ditatus et par cui nullus in orbe eſt
Floribus et foliis. milleno germine diues.
Omnes excedens altas grauitudine ſyluas.
Cum totam pie magnus vertit honorq; decuſq;.
Ambit verus honor. lętus loquitur ea voto
Stans homo. liuor hoc nacioni denegat atri
Dęmonis horrendus. rem ſciri. laude moueri.
Arbor ſola tenens varios virtute colores.
Purpureo regis ſub tactu roſcida fulgens
Aeterno es radio. ſtant in te nam pie vincte
Edes turritę. ex hoc dudum eſt nonne beata
Machina et ipſa dei. ara. et qui vſit ſuprema
Lar hoc ne eſt. et mira lucerna. hoc ocia tota
Agnus hoc ſtatuit. ſignans quoq; rite viando
Vera ſalus iſta. quos verus fons bonitatis
Eſt benedictio quę ſacrauit. amor. pietaſq;.
Sancta ſalutis lux. et vita. redemptio vera.
Inq; domu princeps donum dat pacis in orbem.
Iuraq; amicicię hinc firmauit. depoſuitq;.
Aſcita antiqui niſus. quę texit hiemps mors. cum
Illecebri luſu circa ignem noxia. enim ſic
Pellax decipit. et ſocordem vbi inquietato
Conſpexit voto iam arridens. vinxit aperte:
O tu Crux ſpecioſa. o pinus pulchrior. omnia
Quę vincis nemora. o cedris altior ipſis.
Monſtrans e numero radianti dona beata
Aduentu Hieſus quę intus probus ocia nutu
Iſtulerit. dabat iiſſe beate cum pie venit
Egrediens vulua huc. et blando numine ſemet
Signauit. cęlos terrena et condere regna:
Vt dudum ſancti lingua cecinere prophetę.
Fecerit hic celſa doctor. dum condidit ima
Imperium inquę humeris tanto ſit quod pie regi:

DECLARATIO.

HEc igitur Cruces quatuor triplici tramite conſcripte. oſtendunt in ſemetipſis per litterarum ſeriem. numerū dierum. quo domini corpus ſecundum eccleſie fidem in vtero virginali conſtructum atq; compactum eſt: templū videlicet illud. quod a Iudeis deſtruendum. et a ſe in triduo reſuſcitandum predixit ipſe ſaluator: quod vt manifeſtius fiat. ponamus vnū capitulū ex libro ſcti Auguſtini. de ſancta trinitate. quarto: quo iſtud ſcriptum eſt. Nec inmerito inquit in edificatione dominici corporis. in cuius figura templum a Iudeis deſtructum. triduo ſe reſuſcitaturū eſſe dicebat. numerus ipſe ſenarius pro anno poſitus intelligitur. Dixerunt enim. xlvi. annis edificatum templum: et quadragies ſexies ſeni. fiunt. cc. lxxvi. qui numerus dierum complet nouem menſes et ſex dies. qui tanq; decem menſes parientibus feminis imputantur: nō quia omnes ad ſextum diem poſt nouē menſes perueniunt. ſed quia ipſa perfectio corporis domini. tot diebus ad partum perducta comperitur: ſicut a maioribus traditum ſuſcipiēs eccleſie cuſtodit auctoritas. Octauo enim Kalendas Aprilis. conceptus creditur. quo et paſſus. Ita monumento nouo quo ſepultus eſt. vbi nullus erat poſitus mortuorum. nec antea nec poſtea. congruit vterus virginis quo cōceptus eſt. vbi nullus ſeminatus eſt mortalium. Natus traditur octauo Kalendas Ianuarias. Ab illo ergo die vſq; ad iſtum computati. cc. lxx. et. vi. reperiuntur dies. qui ſenarium numerū quadragies ſexies habēt: quo numero annorum templum edificatum eſt: quia eo numero ſenarium corpus domini perfectum eſt. quod mortis paſſione deſtructum. triduo reſuſcitauit. Dicebat enim hoc de templo corporis ſui: ſicut euidētiſſimo et robuſtiſſimo euangeliorum teſtimonio declaratur. Hec Auguſtinus. De cetero autem illud intuendum eſt: q̄ congrue idem numerus forme ſancte Crucis cōueniat. in qua templum dominici corporis a Iudeis ſoluebatur. et ab ipſo domino reſuſcitandū parabatur: Ad hoc enim venit Chriſtus. vt in carne quam pro mundi redēptione ſuſceperat moreretur: ad hoc mortuus eſt. vt in ipſa reſurgeret: Quapropter intueri libet. quomodo memoratus numerus ideſt. cc. lxx et. vi. in quattuor partes diuiſus. cornua ſancte Crucis vniuerſaliter exprimat. et per ſingula Crucis imaginem proferat. lx. enim et. ix. in vno quoq; cornu conſiſtunt. quod etiam non diſcrepat a ſuperioris rationis ſimilitudine. qua dictum eſt. cc. lxxvi. numerum. ix. menſes et. vi. dies complere. Sicut enim nouenarius et ſenarius numerus in toto excellebat. et ſecūdum eorum dominationem. omnis ſumma computabatur. ita et in partibus nō minus eadem denominatio ſimul cum myſterio illuceſcit. Quid enim in nouenario. niſi nouem ordines angelorum. et quid in ſenario. niſi homo qui in ſexta die creatus eſt inſinuatur? Vtraq; enim creatura in Crucis effigie denotatur. quia vtraq; per ſaluatorem in Cruce reparat̄ et ab vtraq; myſterium incarnationis domini honorabatur: quia in die natiuitatis eius. ad laudem et leticiā vtraq; incitabat̄. Vnde Lucas dicit. Et ſubito

facta eſt cum angelo multitudo cęleſtis militię. laudantium deum. et dicentiū. gloria in excelſis deo: et in terra pax hominibus bonę volūtatis. Et paulo poſt Et reuerſi ſunt inquit paſtores. Laudantes et glorificantes deum in omnibus quę audierant et viderant. ſicut dictum eſt ad illos. Quatuor ergo Cruces in hac pagina. per quattuor loca pictę atq; cōſcriptę ſunt. hoc modo. Lōgitudo enim Crucis vniuſcuiuſq; a ſummo deorſum. tribus lineis ſingillatim legēdis deſcendens. vnum verſum continet. xxxviiii. litterarū. ſimiliter in latitudine per tranſuerſum. tres lineę a ſiniſtra in dexterā tendentes. vnum verſū faciunt et ita fit vt litterę quę in medio Crucis ſūt. vtriq; verſui cōmunes ſunt. nouenarium exprimant numerū: illę vero quę in cornibus circumpoſitę ſunt. ſexagenariū. Eſt autem verſus hic in longitudine Crucis ſupremę. xxxviiii. litterarum. Forma ſacrata Crucis venerando fulget amictu. In latitudine vero iſte totidem litterarum. Magnus veſtit honor lætus loquor hoc nationi. In fine quippe Crucis. in longitudine hic verſus eſt. Corporis ergo ſacri conſtructio in arte beata. In latitudine quoq; iſte. E numero radians quę intus probat iiſſe beate. At in dextrę Crucis longitudine hic legendus eſt verſus Nunc canam at exorans Ieſum abdere et vda piare. Et in latitudine iſte. Vera ſalus iſta eſt benedictio ſancta ſalutis. Nā in ſiniſtrę Crucis lōgitudine talis eſt verſus. In toto ipſe manens tenet ipſe que viuit in omni. atq; in latitudine talis. Fons bonitatis amor pietaſq; redemptio vera.

XIIII Figura. De annis ab exordio mundi vſq; in annū paſſionis Chriſti. in notis grecarū litterarū ſecundum formam ſancte Crucis diſpoſitis. ſimul cum ſacramento quod in hoc reuelatur.

Dignumopusetclarumvictorispſallereregis
Vexilluminſignedominantislaudetriumphum
Quomundumeripuitnocuiqᵛoetſceptratyranni
Diſtrucſitreprobanſrectorisregminafalſa
Quobeneſuſtentatcaelumpilaguſqueſolumqᵛe
Cuiusinorbeſacraexfueritnāaltatioquando
Myſterioadcurrensnaſcentisaborginemundi
Annorumſaecliſerieshaecattulitatquehinc
Ureſacraefideiplebesconcurrereſcriptis
Credentesfecitprobaconditoromniacondens
Temporacumnumeroconcordanscunctaſacrato
Cunctaquiadominusrenouauitſaeculapriſca
Sanguinenamrecreansperfecitcunctacruore
Iambonusinprimistuncfinxitquaeexadiebus
Principivtgeneſiſpiesanctodogmatepandit
Qᵛodhominemfacienscompleſſetfactacreator
Sicquediesextahominemreparandoredemptor
Sabbatademonſtranscelebrauitſabbatavero
Enpatrathuncnumerūsusſumquodpaſſiofalſo
Obpetatindeprcmattemptantehancuſianarti
Occumbatcurarumvtvinctaeſtparsſitadirum
Quodnumquampoſthaccfallacisfactioplebis
Iamoſtentatpandetpietatisſedprobavirtus
Dogmataveradeipercunctahaectemporamundi
Sanctificarecruceebenmdiccreregnafutura
Qᵛaeeſſetſaluatorbenedictapotentiapatris
Nempedaturuseiſſummonouapraemiachriſtus
Quosmonitisflexitdocuitquosverbaſalutis
Quoſpiacordafidesoperisquosinfulaveſtit
Atcrucishaecſpeciestriibuitſolaminafidis
Materiamlaudisbonitatēhincſcirecreantis
Quipiusomnipotensvitamdeditanteſalubrem
Quandohominemvoluitparadiſumſortetenere
Etpoſtlapſafugammiſeransquoq;noluitipſum
Fraudeperirelupihancmaximeconditorarcem
Sedcrucisadvitamvotodedicaueratorbihuic
Virtutūvtnumeroeuehretadſceptraſuperna
Spesamoratquefidesomnesquosſanxitabaeuo
Perpetuodignoschriſtivenerabileviſuhinc

DIgnum opus et clarum victoris pſallere regis
Vexillum inſigne dominantis laude triumphum.
Quo mundum eripuit. nocui quo et ſceptra tiranni
Diſtruxit. reprobans rectoris regmina falſa
Quo bene ſuſtentat cęlum. pylaguſq3. ſolumq3.
Cuius in orbe ſacra exfuerit nam altacio. quando
Myſterio ad currens naſcentis ab orgine mundi
Annorum ſedi ſeries hęc attulit. atq3 hinc
Iure ſacrę fidei plebes concurrere ſcriptis
Credentes fecit. proba conditor omnia condens
Tempora. cum numero concordans cuncta ſacrato
Cuncta quia dominus renouauit ſęcula priſca
Sanguine nam recreans. perfecit cuncta cruore:
Iam bonus in primis tunc finxit quę exa diebus.
Principium vt geneſis pie ſancto dogmate pandit:
Quod hominem faciens compleſſet facta creator:
Sicq3 die ſexta hominem reparando redemptor
Sabbata demonſtrans. celebrauit ſabbata vere:
En patrat hunc numerum ſuſſum quod paſſio falſo
Oppetat. inde premat tēptantem hanc vſi am arti
Occumbat curarum vt vincta eſt pars ſita dirum.
Quod nunquam poſt hęc fallacis factio plebis
Iam oſtentet. pandat pietatis ſed proba virtus
Dogmata vera dei per cuncta hęc tempora mundi.
Sanctificare Crucem benedicere regna futura
Quę eſſet ſaluator. benedicta potentia patris:
Nempe daturus eis ſummo noua premia Chriſtus:
Quos monitis flexit docuit quos verba ſalutis.
Quos pia corde fides operis quos infula veſtit:
At Crucis hęc ſpecies tribuit ſolamina fidis
Continet ergo hęc figura ſanctę Crucis in quattuor pẽtagonis formata. numerum. c. xliiii. litterarũ. in quattuor verſibus conſcriptũ: ſecundum cuius pluralitatẽ millenario multiplicato in apocalipſi multitudo illa ſignatorum. ex omni tribu filiorum Iſrahel computatur. numeruſq; ille albatorũ. qui cum agno ſuper montem Syon ſtabant denotatur: primo videlicet in ſignatorum millibus innumerabilis ſignificatur totius ęccleſię multitudo. quę de patriarchis. vel proſapia carnis. vel fidei eſt imitatione progenita. Si enim inquit vos Chriſti: ergo Abrahę ſemen eſtis. Ad augmentum autẽ perfectionis pertinet et ipſa. xii. duodecies multiplicari. et ad ſummã millenario perfici. qui eſt denarius numerus quadratus ſolidus: ſignificans ſtabilem ęccleſię vitam. Ex quo igitur dominus paſſus eſt. contritũ eſt imperium mundani principatus. et ad hoc gentium cõfractum eſt imperiũ: vt ſigno fidei cui reſtiterant facies ſanctorum libere denotarent. Signum itaq; fidei eſt Crux Chriſti. ad cuius ſimilitudinem thau littera formata eſt. de qua in Ezechiele ita ſcriptum eſt. Et gloria domini Iſrahel aſſumpta eſt de cherub. quę erat ſubter eum ad limen domus. et vocauit virum qui indutus erat lineis. et attramentarium ſcriptoris habebat in lumbis ſuis. et dixit ad eum. Tranſi ꝑ mediam ciuitatem in medio Hieruſalem. et ſigna thau ſuper frontes virorũ gementium et dolẽtium ſuper cunctis abominationibus quę fiunt in medio eius. Et dixit illis audiente me. Tranſite per ciuitatem ſequentes eum et percutite. non parcat oculus veſter. neq; miſereamini. ſenem. adoleſcentulũ. et virginẽ. paruulum. et mulieres interficite vſq; ad internicionem. omnem autem ſuꝑ quem videritis thau ne occidatis. et r̄liqua. Recte enim omnis iniquus mucrone infidelitatis interficitur. qui ſignum fidei bono opere in ſemetipſo oſtendere neglexiſſe conuincitur. et merito iuſte quiſq; bonorũ opus operãdo per Crucis Chriſti potentiam liberat̄: quia domini fidem quam in baptiſmo percepit. inuiolatam vſq; in finem mãdata Chriſti implendo conſeruaſſe cognoſcitur. Deinde grex ille dealbatorum in eiuſdẽ numeri quantitate annumerat̄. et ſanctę virginitatis in electis copioſa numeroſitas intimatur. Sed finitũ tamẽ numerum pro infinito hic poſitum. quiſq; ſanum ſapiens intelligere debet: ſecreti ſignificatione myſterij virginali aptum examini. q̄d deum ex toto corde. ex tota anima. totaq; mente diligens. corporis quoq; quod ex. iiii. cõſtat elementis illi eſt integritate ſacratus. ter enim terni. viiii. et quater quaterni. xvi Sedecies autẽ nouem. c. xliiii. implent. vt cum de his qui in arctioris vitę gradu conſtituti. merito in Syon mõte cum agno tam perfecta multitudo cernat̄: de cęteris ęccleſię membris non dubitetur. Et cantabant quaſi canticum nouũ ante ſedem. et ante quattuor animalia et ſeniores. et reliqua. Illi quaſi cithara ſua cantant deo. qui angelicę priuilegio caſtitatis totos ſe domino faciũt holocauſtum. et tollentes Crucem ſuam ſequuntur agnum quocumq; ierit. cantabuntq; quaſi canticum nouum. quod nemo alius poteſt canere: quia ſingula-

riter canticum agno cantare. eſt cum eo in ꝑpetuū precunctis fidelibus etiam de carnis incorruptione gaudere. Quod tamen electi ceteri canticum audire poſſunt. licet dicere nequeant: quia per charitatem quidem in illorum celſitudine leti ſunt: quamuis ad eorū premia non aſſurgant. Vetus quidem erat canticū. beatus qui habet ſemen in Syon. & domeſticos in Hieruſalem: et itē. Creſcite & multiplicamini et replete terrā. Nouū enim eſt Letare ſterilis que non paris. erumpe & clama que non parturis quia plures filij deſerte magis quam eius que habet virum. Et item idem ꝓpheta dicit. Et nō dicat eunuchus ecce lignum aridum. hec dicit dominus eunuchis. qui cuſtodierūt ſabbata mea et elegerunt que volui et tenuerunt fœdus meum. dabo eis in domo mea et in muris meis locum et nomen melius filiis & filiabus. nomen ſempiternū dabo eis quod non peribit: et itē: Beate ſteriles que nō genuerūt. et vbera que nō lactauerunt. et reliqua. Habent quippe nomē eius & nomē patris eius ſcriptū in frontibus ſuis: quia in cōfeſſione ſancte trinitatis dedicata eccleſia frōte ſua fidei ſue geſtat inſigne. quod per ſancte Crucis myſteriū in chriſtianorū frōtibus pingit et frequēti manus inſcriptione ſignat. Ecce vnuſquiſq; .iiii. pentagonorum .xxxvi. litteras continet: ſed non ideo quod hic numerus quinq; angulorum figuram facit. Nam .xxxv. pētagonus eſt: ſed ad intimandū aliq̄d ſacramentum ita poſitus eſt. Quinarius ergo legem ſignat. & quaternarius euangelium: at quatuor pentagoni cū adherentibus ſibi quattuor vnitatibus iiii. cornua cōplent: quia paſſione Chriſti et reſurrectione cōpleta lex ſimul et euangelum. in totam mūdi latitudinē predicanda doctoribus cōmiſſa ſunt: vn̄ in exemplum datos vtriuſq; teſtamenti patres. fideles vbiq; in vniuerſo orbe caſtitatem ſeruando imitare ſatagebant. qui agno ſociati ſuper montem Syon quaſi canticum nouū in citharis ſuis cantabant. Ergo quattuor vnitates que pentagonis extrinſecus adherent in quattuor litteris vnū nomē cōficiētibus. ideſt Crux. demōſtrauimus: vt et pētagonis ſuis aduerſus cōplendos coherent. et ad ius ſuū demonſtrandū ſibi mutuo vno nomine necterent. Eſt q̄q; hic v̾ſus in eminēciori p̄te Crucis. Inmaculata cohors cantas tu vocibus illic. Et in ima hic. Rex vbi Ieſus ouat quo paſcit virginis agnus. In dextra vero iſte Carmina que nullus diffuſo famine cantat. Et in ſiniſtra iſte. Hic veſter grex ni ſolus et ſplendidus ordo.

Lauſ pia perpetua ſanctorum in luce ſuperna
Aſſiſt errigenis aliquid quod dicere digne
Iam de te valeant auida que implere decenter
Ora bonis poſſint modulis et cantibus almis
Nempe ego te cecini crux iſto in carmine viuo
Verſibus exoptans cantando et reddere vota
Sed tu cuncta ſuper excellens munera noſtra
Maieſtate potens vincis terreſtria vincis
Sidera celſa poli nec ſat valet vllus honori
Namque tuo facere condigna nec addere verba
Temptani que ideo hic ex caelis myſtica voto
Ducere verba tibi contemplans apta figurae
Diſpoſui ſignis diſperſo et tramite cantus
Inſerui angelicos intexi et verſibus aptis
Nempe amen in medio vitae ſignacula ſpondet
Alleluia crucis circumdans cornua complet
Et ſacram effigiem caeleſti carmine ſignat
Nam iuſti hinc ſceptra deuote et munc rata tota
Exſuperant narrant es nunc ſpe iardor vt ore
Inmiſsus bona dect palmacet morsil lare mota
Aufugiat primam nocuit quae liuida ſtirpem
Humani generis truculenta abſorbuit atque
Progeniem totam et detraxit in ima profundi
At nos quot quot amori n caelos eleuatiſ tinc
Rite ſacrum domini placemus carmine vultum
Carmine namq; illo quo derit in ſedibus altis
Qod cantant iuſti cantabunt perpete voto et
Hoc tum rite placet ſi implem: iuſſa tonantis
Mentibus et ſpecie factis et famine linguae
Nam tantum ſermo haec iuſti non praemia cara
Accipiet ſed vera bene per famina virtus cum
Haec laus non bona laus ſed verifictio falſa
Sit quae magna canitalt avult parua meretur
Ergo age vos criſtum laudate fideliter odis
Caeleſtes populi virtutes vos que potentes
Iuſtorum et plebes qi in caelis ſiſtitis arce
Pſallite amen alleluia per ſaecula chriſto

LAus pia perpetua ſanctorum in luce ſuperna
Aſſis terrigenis. aliquid quod dicere digne
Iam de te valeant; auidaq; implere decenter
Ora bonis poſſint modulis. et cantibus almis:
Nempe ego te cecini Crux iſto in carmine viuo.
Verſibus. exoptans cantando et reddere vota:
Sed tu cuncta ſuper excellens munera noſtra
Maieſtate potens. vincis terreſtria. vincis
Sidera cęlſa poli. nec ſat valet vllus honori
Namq; tuo facere condigna. nec addere verba:
Temptauiq; ideo hic ex cęlis myſtica voto
Ducere verba tibi. contemplans apta figurę:
Diſpoſui ſignis. diſperſo et tramite cantus
Inſerui angelicos. intexi et verſibus aptis:
Nempe amen in medio vitę ſignacula ſpondet:
Alleluia Crucis circumdans cornua complet.
Et ſacram effigiem cęleſti carmine ſignat:
Nam iuſti hinc ſceptra deuote munera tota
Exuperant narrantes nunc ſpei ardor vt ore
Inmiſſus bona det palmo. et mors illa remota
Aufigiat primam nocuit quę liuida. ſtirpem
Humani generis truculenta abſorbuit atq;
Progeniem totam et detraxit in ima profundi;
At nos quotquot amor in cęlos eleuat iſtinc.
Rite ſacrum domini placemus carmine vultum:
Carmine namq; illo. quod erit in ſedibus altis;
Quod cantant iuſti. cantabunt perpete voto et:
Hoc tum rite placet. ſi implemus iuſſa tonantis
Mentibus. et ſpecie. factis. et famine lingue:
Nam tantum ſermo hęc iuſti non prǫmia cara
Accipiet. ſed vera bene per famina virtus cum:
Hęc laus non bona laus. ſed veri fictio falſa
Sit quę magna canit. alta vult. parua meretur
Ergo age vos Chriſtum laudate fideliter odis
Cęleſtes populi. virtutes. voſq; potentes
Iuſtorum plebes. qui in cęli ſiſtitis arce.
Pſallite amen. alleluia per ſęcula Chriſto.

DECLARATIO.

Iſtic ergo laus illa. quã ſanctorũ vox in cęlis credit perpetuo deo cantare. ſanctę Crucis in ſcriptu. imitatur figuram alleluia videlicet et amen. quã Iohãnes apoſtolus & euangeliſta in apocalipſi ſcribit. poſt interfectionẽ et dimerſionem meretricis magnę. quę ſeducebat omnes gentes in fornicatione ſua. & cum qua reges terrę fornicati ſunt. ſe audiſſe vocem turbarũ multarum deuote in cęlo ceciniſſe. et ſepius iteraſſe. Ita enim ibi ſcriptum eſt. Poſt hoc audiui quaſi vocem magnam turbarum multarum in cęlo dicẽtium. Alleluia. laus & gloria et virtus deo noſtro eſt. quia vera et iuſta iudicia eius ſunt. quia iudicauit de meretrice magna quę corrupit terram in proſtitutione ſua. et vindicauit ſaguinem ſeruorum ſuorum de manibus eius. Et iterum dixerunt alleluia. Et fumus eius aſcendit in ſęcula ſęculorum. Et ceciderũt ſeniores xxiiii. et. iiii. animalia. et adorauerũt deũ ſedentẽ ſuper thronũ dicentes. amen: alleluia: et vox de throno exiuit dicens. Laudem dicite deo noſtro omnes ſerui eius. & qui timetis eum puſilli et magni. Et audiui quaſi vocem turbę multę. et ſicut vocem aquarum multarum. et ſicut vocem tonitruorũ magnorum dicentium alleluia: quoniam regnauit dominus deus noſter omnipotens. gaudeamus et exultemus et demus gloriam nomini eius. quoniã venerunt nupcię agni et vxor eius p̃parauit ſe. et datũ eſt byſſinũ vt coopiat ſe. byſſinũ ſplendẽs candidũ. byſſinũ enĩ iuſtificationes ſunt ſanctorũ. et reliq̃. Hęc enim oĩa licet prędicta ſint. de futuro in cęlis ſanctorum gaudio poſt reſurrectionem: tamen ea iam nunc ex parte canit ęccleſia ſpe iam ſalua facta: tunc autem perfecte cum diſceſſio facta fuerit. & cum apertius vindicata. Poſt vniuerſale ergo iudicium domini ſeparabuntur penitus ab hędis. & ibunt impĳ in ſupplicium ęternum. iuſti autem in vitam ęternam. Nunc quidem ſanctorum animę poſt mortem in paradiſum vadũt. et impiorum in pœnam domino manifeſtante in paupere & diuite: ſed corpora mundi finem expectant. et dantur nunc iuſtis ſingulę ſtolę albę. cum in animabus ſuis requiem percipiunt ęternam: tunc autem dabuntur binę ſtolę. quando corpora eorum inmortalitate dedita. ſimul cũ animabus regnum accipient ſempiternum. Nupcię ergo tunc vere apparebunt agni. cum tota ęccleſia domino in thalamo regni cęleſtis ſociabitur. & tũc perfecte iſtud frequentabitur canticũ. quando totius ęccleſię gaudium erit perfectum. Hęc ergo duo verba hebraica. ideſt alleluia & amẽ cũ interp̃tari queãt nam alleluia laudate dominum interpretatur. Amen quoq; in fidem ſiue veritatem tranſfertur. propter reuerentiam tamen ſanctitatis primę illius linguę ſeruatur auctoritas. atq; alleluia in dominicis diebus totoq; quinquageſimę tempore. propter ſpem reſurrectionis quę in domini eſt laude futura. cõtinue canit ęccleſia. Amen vero propter impetrandam eandem perpetuam vitam: immo omne bonum quod in preſenti ſiue in futuro a domino optat accipere. ad ſacerdotis deprecatõnem ſeu benedictionem. rite deuotio reſpõdet fideliũ. Apte ergo conuenit ſanctę Cruci harum dictionum diſpoſitio: quia per ipſam

omnium rerum in laudem domini adunata eſt confeſſio. angelorum adimple⸗
tur numerus. cęleſtis augetur exercitus. ſanctorum congregatur populus.
ęternę eis vitę conceditur aditus. & vetuſta diſſoluitur maledictio. quia noua
conditur benedictio. Vnde in memorato libro .xxiiii. ſeniores et .iiii. anima⸗
lia agno decantabant canticum nouum dicentes. Dignus es domine deus acci⸗
pere librum & aperire ſignacula eius. quoniā occiſus es & redemiſti nos deo
in ſanguine tuo. ex omni tribu et lingua & populo et natione. & feciſti nos deo
noſtro regnum & ſacerdotes. et regnabūt ſuper terram: et vidi & audiui vocē
angelorum multorum in circuitu throni & animalium et ſeniorum. et erat nu⸗
merus eorum millia millium dicentiū voce magna. dignus eſt agnus qui occi⸗
ſus eſt. accipere virtutem et diuinitatem et ſapientiam & fortitudinem. et ho⸗
norem & gloriam et benedictionem. & omnem creaturam quę in cęlo eſt &
ſuper terram & ſub terra. et quę ſunt in mari. et quę in eo. omnes audiui dicē⸗
tes ſedenti in throno et agno. Benedictio et honor. & poteſtas in ſęcula ſęculo⸗
rum. Et quattuor animalia dicebant. Amen. Eſt autem verſus hic in alleluia
ſcriptus. & per ſeriem litterarum eiuſdem dictionis ita legendus. Crux ęterna
dei es laus. viuis in arce polorum. Amen quoq; quatuor litteris ſuis per quat⸗
tuor cornua Crucis primum incipit ex alleluia. litteris octo complenda.

XXVI figura. De prophetarum ſentenciis. que ad paſſionem Chriſti. et ad noſtram redemptionem pertinēt.

Ergoprophetarumbeneetecruxfamenhonorat
Praedicatexaltatreſonattuafactafutura
Inſpirataſacrotuncplebsqodprotulitore
Spiritusetſanctusillismandaueratintus
Omniacumcriſtumrepararereloquunturetinte
Confixumdominumconcedereregnabenignis
Dauidperfoſasillihicpalmasquepedesque
Dixeratatqecibofeltradietpoculoacetum
Dequetuolignoregemaſſeritomnibusipſum
Huicpuerohumeriseſſeimperiūorateſayas
Corpuspercuſſummanuumextenſumorebeato
Conſputamfaciemperpendensfunusetaſtum
Atq: leuatamadtediſperſoscurrereiſrahel
Hieremiasagnumdeſcribitceuholocauſtum
Adtractumſinevocepiumlignoquecibandum
Hiezechielcernitvisutaugrammateſignum
Eruereplebematq:crucisducentisadinſtar
Sictuſanctaſalusvirtusesviſaprophetis
Esplacitaſuperiscruxhuicesnauitamundo
Namdanielcriſtumdixithicplebeabiniqua
Multandumetfinemdehincnoxiatotatenere
Oſeeſaluandumpopulummortisquoquemorte
Praedicatatqeiohelillapraedixerathora
Etſolemetſtellaslucemnonfundereterris
Hocidemetinfauſtafeſtapraedixeratamos
Abdiasinſidiasionasquoquefunerafinxit
Michadeimontemnaumnuntiatultioquidſit
Cornuaſanctacrucisabbacucpraedicatore
Sofoniasquediemdudumdominiauditamaram
Aggeushincqepolosdixitterramquemoueri
Zachariasieſumrenotatperſordidaveſtis
Plagasinmanibusfixasplangerequemultos
Malachiascernitſummumdominareperorbem
Ardentiquerogomundumetſudareminiſtros
Haectuafactaprobiendicebantoreptiores
Cruxalmavateshaecedidituauctorinhisque
Tupiaconplerashaecoomniapaſſiochriſti

ERgo prophetarum bene te Crux famen honorat.
Prędicat. exaltat. reſonat tua facta futura.
Inſpirata ſacro tunc plebs quod protulit ore
Spiritus et ſanctus illis mandauerat intus.
Omnia cum Chriſtum reparare loquuntur. et in te.
Confixum dominum concedere regna benignis.
Dauid perfoſſas illi hic palmaſq; pedeſq;
Dixerat. atq; cibo fel tradi et poculo acetum.
Deq; tuo ligno regem aſſerit omnibus ipſum:
Huic puero humeris eſſe imperium orat Eſaias
Corpus percuſſum. manuum extenſum. ore beato
Conſputam faciem perpendens funus et aſtum
Atq; leuatam ad te diſperſos currere Iſrahel:
Hieremias agnum deſcribit. ceu holocauſtum
Ad tractum ſine voce pium. lignoq; cibandum:
Hiezechiel cernit viſu tau grammate ſignum
Eruere plebem. atq; Crucis ducentis ad inſtar.
Sic tu ſancta ſalus. virtus es viſa prophetis:
Es placita ſuperis Crux huic es nauita mundo:
Nam Daniel Chriſtum dixit hic plebe ab iniqua
Mulctandum. et finem de hinc noxia tota tenere:
Oſee ſaluandum populum mortis quoq; morte
Prędicat. atq; Iohel illa prędixerat hora
Et ſolem et ſtellas lucem non fundere terris:
Hoc idem et infauſta feſta prędixerat Amos:
Abdias inſidias Ionas quoq; funera finxit:
Micha dei montem: Naum nnnciat vlcio quid ſit:
Cornua ſancta Crucis Abbacuc prędicat ore:
Sophoniaſq; diem dudum domini audit amaram:
Aggeus hincq; polos dixit terramq; moueri:
Zacharias Ieſum renotat per ſordida veſtis
Plagas in manibus fixas. plangereq; multos:
Malachias cernit ſummum dominare per orbem.
Ardentiq; rogo mundum et ſudare miniſtros:
Hęc tua facta probi en dicebant ore priores
Crux alma vates. hęc ędidit auctor. in hiſq;
Tu pia compleras hęc o omnia paſſio Chriſti.

DECLARATIO.

IN hanc quippe paginam libuit teſtimonia quędam de ꝓphetarū dictis
congregare. quę de paſſione Chriſti prophetata ſint. et ad ſanctę Crucis
gloriam pertingerent. Hęc licet multa inueniri poſſint. tamen propter
opuſculi breuitatem a nobis hic omnia denotari non poterunt: ſed ea ta/
men introduximus quę dictanti ocius in mentem venerant. et a querente faci/
lius inueniri poterāt. Dauid ergo propheta atq; pſalmiſta. multa huiuſcemodi
habet teſtimonia. Hic de modo paſſionis domini taliter in pſalmo. xxi. dicit ex
perſona Chriſti. Foderunt manus meas et pedes meos. dinumerauerunt om/
nia oſſa mea. Ipſi vero conſiderauerunt et conſpexerunt me. diuiſerūt ſibi ve/
ſtimenta mea et ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Et item in pſalmo. lxvii
et dederunt inquit in eſcam meam fel. et in ſiti mea potauerūt me aceto. Et q̄d
in ligno paſſurus eſſet in pſalmo. c.xlv. oſtendit dicens. Cōmoueatur a facie
eius vniuerſa terra. dicite in nacionibus dn̄s regnabit a ligno. et reliqua. Eſaias
q̄q; hinc ait. Paruulus enī natus eſt nobis. et. f. d. e. n. et factus eſt prīcipatus
ſuper humerū eius. et reliq̄. Et item. In die illa erit radix Ieſſe. qui ſtat in ſignū
populorum ipſum gentes deprecabunt̄. et erit ſepulchrum eius glorioſum. Et
paulo poſt. Eleuabit inquit ſignū in nacionibus et cōgregabit ꝓfugos Iſrahel.
et diſperſos Iuda colliget a quattuor plagis terrę. et reliqua. Et item. Dominus
poſuit in eo iniquitatē omniū noſtrum. oblatus eſt quia ipſe voluit et nō ape/
ruit os ſuū. ſicut ouis ad occiſionem ducet̄. et quaſi agnus corā tondente ſe ob/
muteſcet et non aperiet os ſuū. et item ex perſona domini dicit. Corpus meū
dedi percutientibus et genas meas vellentibus. faciē meam nō auerti ab incre/
pantibus et cōſpuentibus in me. et reliq̄. Et iterum Expandi manus meas tota
die ad populū incredulum. qui gradit̄ in via non bona poſt cogitationes ſuas.
Hieremias aūt ex perſona domini dicit. Ego quaſi agnus māſuetus qui portat̄
ad victimam. et non cognoui quia cogitauerunt ſuꝑ me conſilia dicentes. mit/
tamus lignū in panē eius et eradamus eū de terra viuētiū. et nomē eius nō me/
moretur amplius. et itē. Spiritus inquit oris noſtri Chriſtus dominus captus
eſt in peccatis noſtris. Ezechiel ergo ſignaculum Crucis in figura T litterę ex/
preſſit dicens. et dixit ad virum qui indutus erat lineis. Tranſi per mediam ci/
uitatem in medio Hieruſalem et ſigna tau ſuper frontes virorum gementium
& dolentium ſuper cūctis abhominationibus quę fiunt in medio eius. et reliq̄.
Et bonū illū paſtorē exprimēs q̄ poſuit aīam ſuā pro ouibus ſuis ait. Hęc dicit
dn̄s. Ecce ego ipſe reqram oues meas et viſitabo eas. ſicut viſitat paſtor gregē
ſuū in die qn̄ fuerit in medio ouiū ſuarū diſſipatarꝫ. ſic viſitabo oues meas et
liberabo eas de oībus locis in q̄bus diſpſe erāt. in die nubis et caliginis. et educā
eas de pp̄lis et cōgregabo eas de terris. et inducā eas in terrā ſuā et paſcā eas in
mōtibus Iſrahel. et paulo poſt. Ego inq̄t paſcā oues meas et eas accubare faciā
dicit dn̄s. q̄d pierat reqram et q̄d abiectū erat reducā et q̄d fractū erat alligabo
et q̄d infirmū erat conſolidabo. et quod pingue et forte cuſtodiam. et paſcam

illas in iudicio. Daniel vero cronographus certiſſimus. tempus incarnationis domini et redemptionem noſtram fideliter intimauit. angelo ſibi hoc reuelante. Septuaginta inquit hebdomadę abbreuiate ſunt. ſuper populum tuum et ſuper vrbem ſauctā tuam. vt conſumet̄ preuaricatio et finē accipiat peccatū. et deleatur iniquitas et adducat̄ iuſticia ſempit̄na. vt impleat̄ viſio et ꝓphetia. et vngat̄ ſanctus ſanctorum. Scito ergo et animaduerte ab exitu ſermonis. vt iterum reędificet̄ Hieruſalē vſq; ad Chriſtū ducē hebdomadę. vii. et. lxii. erūt. et paulo poſt ſubiūxit ita. Et poſt hebdomadas. lxii. occidet̄ Chriſtus et nō erit. et ciuitatē et ſanctuariū diſſipabit ppl's cū duce futuro. E tvt oñderet̄ illā hebdomadā annorū excellere cęteris. in q̄ Chriſtus euangeliū p̄dicauit et miracl'a fecit. in qua et paſſus eſt et reſurrexit a mortuis: ſeorſū de ea locutus ait. Confirmabit aūt pactū m'l'tis hebdomadis vna. et in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia et ſacrificiū. et in tēplo erit abominatio deſolationis et vſq; ad cōſumationem et finē pſeuerabit deſolatio. Oſee q̄q; deuotionē gentiū et coadunatōnem ęcleſię p Chriſtū cōgregatę manifeſtiſſime p̄dicat. E t erit inquit in loco vbi dicit̄ non ppl's meus vos. dicetur eis filij dei viuentis. Et congregabuntur filij Iuda et filij Iſrahel pariter. et ponent ſibimet caput vnū. et reliq̄. Et de ereptione noſtra ab inferis mortiſq; interfectione. promiſſionem domini declarat dicens. De manu mortis liberabo eos & de morte redimam eos. ero mors tua o mors. morſus tuus ero inferne. Iohel nāq; dominicę paſſionis et ſaluatōnem fidelium demonſtrat ita dicens. Sol et luna obtenebrati ſunt et ſtellę retraxerunt lumē ſuum. et dominus de Syon rugiet. et de Hieruſalē dabit vocē ſuam et mouebuntur cęli & terra. & dominus ſpes populi ſui. & fortitudo filiorum Iſrahel. & ſcietis quia ego dominus deus veſter habitans in monte ſancto meo. et erit Hieruſalē ſancta & alieni nō pertranſibunt per eam amplius. & reliqua. Hinc Amos ait. Et erit in die illa dicit dn̄s. occidat ſol meridie et tenebreſcere faciat terram in die luminis. et conuertā feſtiuitates vr̄as in luctū et oīa cantica vr̄a in planctū. et reliq̄. Et paulo poſt In die illa inquit ſuſcitabo tabernaculū Dauid q̄d cecidit. & reędificabo apturas murorū & ea quę corruerant inſtaurabo. & reliqua. Abdias autem dolos Iudeorū contra dn̄m exprimens & ęcleſię ſaluationem. Omnes inquit viri fœderis tui illuſerunt tibi. inualuerunt aduerſum te viri pacis tuę. & qui comedent tecum ponent inſidias ſuper te. & reliqua. & paulo poſt. In mōte inquit Syon erit ſaluatio e t erit ſanctus & poſſidebit domus Iacob eos q̄ ſe poſſiderant. Et item ſubiunxit. Aſcendetq; ſaluator in mōtem Syō iudicare mōtem Eſau. & erit in domino regnū. Ionę quoq; propheciam dominus ipſe oſtendit dicens. Sicut fuit Ionas in ventre cęti tribus diebus & tribus noctibus. ita erit filius hominis in corde terrę. Micheas quidem conuentum populorum ad Chriſtum predicat. ipſum montem domini ac ducem oſtendens. In nouiſſimo inq̄t dierū erit mōs domus dn̄i p̄paratus in vertice montiū. et reliq̄. et itē. Tu Bethleē effrata puula es in millibus Iuda. ex te mihi egrediet̄ dux q̄ ſit dn̄ator in Iſrahel. et reliq̄. Naum vltorē

dominum predicat inimicis. et bonū piis et amicis. Deus inquit emulator eſt. et vlciſcens dominus et habens furorem. vlciſcens dominus in hoſtes ſuos et iraſcens inimicis ſuis. et reliqua. Et item pietatem oſtendens ait. Bonus dominus et confortans in die tribulationis. et ſciens ſperantes in ſe. Abacuc luſtrator fortis et rigidus. ſtat ſuper cuſtodiā ſuam et figit gradū ſuper munitionē. vt Chriſtum in Cruce contempletur et dicat. Operuit cęlos gloria eius. et laudis eius plena eſt terra. Splendor eius vt lux erit. cornua ſunt in manibus eius. Ibi abſcōdita eſt fortitudo eius. Sophonias prope eſſe aduentū diei dñi narrat et horam paſſionis eius et reſurrectōnis. Iuxta eſt inquit dies domini magnus. iuxta et velox nimis. Vox diei domini amara. tribulabitur ibi fortis. et paulo poſt. Tribulabo ait homines et ambulabūt homines vt cęci. quia domino peccauerunt. Et item. Qua propter expecta me dicit dominus. in die reſurrectōnis meę in futurum. et reliqua. Aggeus deſideratum annunciat omnibus gentibus. ad huc modicum eſt dicit dominus et ego commouebo cęlum et terram et mare et aridam. et reliqua. Zacharias vero memor domini ſui. videt Hieſū in veſtibus ſordidis. et lapidem oculorum .vii. candelabrum quoq; aureum. et reliqua. Dicit quoq; ex perſona domini. Appenderunt mercedem meam xxx. argenteis. et item. Effundam ſuper domum Dauid ſpiritum gracię et precum. et aſpicient ad me quem confixerunt et plangent eum planctu quaſi ſuper vnigenitum. et reliqua. et item. Adam exemplum meum ab adoleſcētia mea. et dicetur. Quot ſunt plagę iſtę in medio manuū tuarū? et dicet. Hiis plagatus ſum in domo eorum qui diligebāt me. Framea ſuſcitare ſuper paſtorem meum. et ſuper virum coherentem mihi dicit dominus exercituum. Percute paſtorem et diſpergentur oues gregis. Et item. Et erit dominus rex ſuper omnem terram. In die illa erit dominus vnus. et erit nomen eius vnum. Malachias ſalubrem aduentum domini narrat. et ſtatim inquit veniet ad templū ſuum dominator. et angelus teſtamenti quem vos vultis. ecce venit dicit dominus exercituum. et quis poterit cogitare diem aduentus eius. et quis ſtabit ad videndum eum? Ipſe enim quaſi ignis conflans et quaſi herba fullonum. et ſedebit conflans et emundans argentum et purgabit filios Leui. et conflabit eos quaſi aurum et quaſi argentum. et erunt domino offerentes ſacrificia in iuſticia. et placebit deo ſacrificium Iuda et Hieruſalem. et reliqua. Eſt quoq; verſus hic in Cruce ſcriptus .xxxvii. litterarum. Es placida iuueris Crux huic es nauita mundo. Qui ad directum hexameter eſt. et reciprocus nulla exempta ſyllaba fit idem pentameter.

Necminusergotuacustoditiuracaracter
Ritenouiteſtamentietpiamunerapandit
Quaedeusaltushomodiuinosdetulitorbi
Pertecruxſacravotovenerandafreqenti
Promiſumconplensetveraxdogmatavatum
Sedominumteſtanslegisveterisq:nouaeq:
Quigeminummundopateverbofecitabyſum
Noshilaratactusatiansvotoanteriores
Quiſolabaturveraxbonusomnibusaequus
Vndeqeapoſtolicusiuſtaperfaminafida
Almatropaeatuaſermocruxlaudatvbique
Princepsorbeſonatteximopectorepetrus
Taliterenlaudesfatupiusoptimedicens
Eſtfratreschriſt:provobisſtipitepaſſ:
Exemplumtradensclarumveſtigiaqodvos
Eiuspergatiscuiusſacravulneraſanant
Hinccredoaccipiatorantisfaminaieſus
Sidonisuseietſihonosartemibitetodis
Ipſequiamitisnonſordentmunerahaecei
Aſtiacobushincnoshortaturfaminepuro
Exemplumponenschriſtumdefinelaborum
Hincq:moneteſcribensalt:duxoreiohannes
Caſtusamormaneatetſobriavotaſerenet
Ieſusvteſtpaſſusdexotepropteramorem
Sicnosmentepiasociopatiamuramorehic
Ieſumpertypicumpieverumpſallitieſum
Iudasductoremetpeſſumfidisetiniquis
Pauxillumhaudpaulusorauittemetinore
Cruxſacracumdixitseiamneſcireloq:lam
Teſineneclaùdemſciredarefaucib:vllam
Incaelisterrismagnumpertartaranomen
Teproptercriſtiſpondetſatritevalere
Sicetapoſtolic:laudatconcorditerordo
Vatibusantiqisconiungiscunçtarapina
Paſſioſanctapieiesuperſaeculacriſtí

NEc minus ergo tua cuſtodit iura caracter
Rite noui teſtamenti: et pia munera pandit
Que deus altus homo diuinus detulit orbi.
Per te Crux ſacra voto veneranda frequenti
Promiſſum cōplens. et verax dogmata vatum:
Se dominū teſtans legis veteriſq; noueq;:
Qui geminū mundo pate verbo fecit abyſſum.
Nos hilarat actu ſacians voto anteriores.
Qui ſolabatur verax. bonus. omnibus equus:
Vndeq; apoſtolicus iuſta per famina fida
Alma tropea tua ſermo Crux laudat vbiq;:
Princeps orbe ſonat ex imo pectore petrus
Taliter en laudes fatu pius. optime dicens
Eſt fratres Chriſtus pro vobis ſtipite paſſus
Exemplum tradens clarum. veſtigia quod vos
Eius ſequatis. cuius ſacra vulnera ſanant
Hinc credo accipiant orantis famina Hieſus
Si do niſus ei et ſi honos artem ibit et odis:
Ipſe quia mitis. non ſordent munera hec ei.
Aſt Iacobus hinc nos hortatur famine puro:
Exemplum ponens Chriſtum de fine laborum.
Hincq; monet ſcribens altus dux ore Iohannes.
Caſtus amor maneat & ſobria vota ſerenet
Hieſus: vt eſt paſſus deuote propter amorem:
Sic nos mente pia ſocio patiamur amore. hic
Hieſum per typicum pie verum pſallit Ieſum.
Iudas ductorem & peſſum fidis & iniquis.
Pauxillum haud Paulus orauit. temet in ore
Crux ſacra cum dixit. ſe iam neſcire loquelam
Te ſine nec laudem ſcire dare faucibus vllam:
In celis terris magnum per tartara nomen.
Te propter Chriſti ſpondet ſat rite valere.
Sic & apoſtolicus laudat cōcorditer ordo.
Vatibus antiquis cōiungis cuncta rapina.
Paſſio ſancta pie Hieſu per ſecula Chriſti.

DECLARATIO.

NOui autem teſtamẽti tam copioſa ſunt exẽpla ſcriptorũ. de ſalutifera dñi nr̃i paſſione et reſurrectiõe: vt nõ facile de tãta mł̃titudine qs teſtimonia euidẽtiora excerpere queat. Quia quę potiſſimũ eligat neſciat. cũ tot ſint q̃d in vnũ libellũ cõgregari nequeãt: et oĩa tãtę dignitatis. vt quę manifeſtiora de his ſint et ꝓbaciora. necꝫ periti digne ęſtimare poſſint. Sed ſicut de veteri teſtamẽto ideſt de ꝓphetarum libris aliqua excerpſimus. quę p̃ſagio futurę et nõ dũ cõpletę paſſionis dñi eſſent: ita et ex nouo ea tantum excerpamus. quę ad ſanctę Crucis magnificentiã et laudẽ predicãdam cõueniant. et quę ad bonitatẽ creatoris et miſericordiã redẽptoris noſtri. pro noſtra liberatione glorificandã pertineãt. Ea enim q̃ illi predixerãt futura iſti predicãt iam fc̃tã atcꝫ completa. Ab vtrocꝫ enĩ teſtamẽto ſanctę Crucis predicari conuenit actus. quia vtriuſcꝫ diſpẽſator et mediator eſt Chriſtus. Ipẽ ergo q inuiſibilit̃ p inſpirationem ſpiritus ſui ꝓphetarum mẽtes regebat viſibile corpus aſſumẽs: verbis et exẽplis apoſtolos docebat. qui p patriarchas et prophetas pp̃ło ſuo ſalutẽ et vitã ꝓmiſit. Ipẽ homo factus per Crucis ſuę potentiã. ꝓmiſſionẽ compleuit q̃ dixit p ꝓphetã. Cõfortate manus diſſolutas et genua debilia roborate. dicite puſillãimis cõfortamini nolite timere. ecce deus veſter vlcionẽ adducet retributionis. deus ipẽ veniet et ſaluabit nos. et reliq̃. Ipſe per apoſtolũ iã factũ oñdit cũ dicit apoſtolus Petrus. Vos ſcitis viri fr̃es q̃d factũ eſt p vniuerſã Iudeã. incipiẽs enĩ a Galilea poſt baptiſmũ q̃d p̃dicauit Iohannes Hieſum a Nazareth: quõ vnxit eũ deus ſpũſancto. et virtute q ptranſiuit benefaciẽdo et ſanãdo oẽs oppreſſos a diabolo. qm̃ deus erat cũ illo. et nos teſtes ſumus oĩm q̃ fecit in regiõe Iudeoꝝ et Hierl̃m. quẽ occiderũt ſuſpẽdentes in ligno. hũc deus ſuſcitauit tercia die et dedit eũ manifeſtũ fieri nõ oĩ pp̃ło ſed teſtibus p̃ordinatis a deo. nobis q mãducauĩus et bibĩus cũ illo poſtq̃ꝫ reſurrexit a mortuis et p̃cepit nobis p̃dicare et teſtificare quia ipſe eſt q cõſtitutus ẽ a deo iudex viuoꝝ et mortuoꝝ. Huic oẽs ꝓphete teſtimonium phibẽt remiſſionẽ accipe p nomẽ eius. oẽs q credũt in eũ. Tale q̃d in epiſtola ſua idẽ Petrus ait. Chriſtus ſeł ꝓ pc̃ĩs nr̃is mortuus ẽ iuſtus ꝓ ĩiuſtis. vt nos offerret deo mortificatos q̃dem carne. viuificatos aũt ſpũ. et itẽ. Chriſtus inq̃t paſſus eſt ꝓ nobis. vobis reliquẽs exemplũ vt ſeq̃mini veſtigia eius. et paulo poſt ſubiũxit. Tradebat aũt iudicãti ſe ĩiuſte. q pc̃ã nr̃a ipẽ ptulit in corpore ſuo ſup liguum: vt pc̃ĩs mortui. iuſticie viuãus: cuius liuore ſanati eſtis. Iacobus quocꝫ frater domini ad idem exemplum nos hortat̃ dicẽs. Exẽplũ accipite laboris et paciẽtię prophetas. q locuti ſũt in noĩe dñi nr̃i Hieſu Chriſti. Ecce btĩficamus q ſuſtinuerunt. ſufferentiã Iob audiſtis. et finẽ dñi vidiſtis qm̃ miſerator et miſericors dñs. Et Iohannes apł̃s cõfidentiam de miſericordia eius nobis tribuit dicẽs. Filioli mei. hęc ſcribo vobis vt nõ peccetis. ſed et ſi q̃s peccauerit aduocatũ hẽmus apud patrem Hieſũ Xp̃m iuſtũ. et ipẽ eſt ꝓpiciatio ꝓ pc̃ĩs nr̃is. nõ ꝓ nr̃is aũt tm̃ ſed etiã pro totius mũdi. et itẽ. In hoc cognouĩus charitatẽ dei. qm̃ ille ꝓ nobis aĩam ſuam poſuit. et nos debẽus ꝓ fr̃ibus aĩas põere. Iudas aũt apł̃s et frater Iacobi. ſub exemplo ſucceſſoris Moſi demõſtrauit Hieſum Chriſtum eduxiſſe nos per Crucem de ſpiritali Aegipto ideſt de poteſtate tenebrarũ. et incredulos perdidiſſe ita dicens. Cõmonere aũt vos volo ſcientes ſemel oĩa. quia Hieſus populũ de terra Aegipti

ſaluans. ſecundo eos qui nō crediderūt perdidit: angelos vero qui nō ſerua-
uerunt ſuum principatū. ſed dereliquerunt ſuum domiciliū. in iudiciū magni
diei vinculis ęternis ſub caligine reſeruauit. Paulus vero apoſtolus et doctor
gentiū. qui nouiſſimus omniū apoſtolorū eſt in vocatione. ſed plus omnibus
laborauit. tam multiplex eſt in locutiōe ſua. comendās nobis Chriſti paſſionē
et reſurrectionem et redemptionē. per ſanguinē eius et dominationem eius in
cęlis et in terris. vt pene totus in hoc verſetur. Sed quia ab hac laude excipi nō
oportet. qui cęteris omībus plura de eo ſcripſit. et tam idoneus eſt in illa. vt fa-
cile in breui cōſtringi poſſit cęteris p̄termiſſis: ea tamē quę de Cruce ſpecialit̄
vſurpauit ponamus teſtimonia. Dicit ergo ad Chorinthios. nō enim miſit me
Chriſtus baptiſare. ſed euāgeliſare. nō in ſapiētia verbi vt nō euacuatur Crux
Chriſti: Verbū enim Crucis p̄euntibus quidem ſtulticia eſt. his autē qui ſalui
fiunt ideſt nobis virtus dei eſt. et reliqua: et item. Nō enim iudico me aliquid
inter vos ſcire niſi Chriſtū Hieſū: et hūc crucifixū. Item ad Galathas ait. Mihi
autem abſit gloriari niſi in Cruce domini nr̄i Hieſu Chriſti. per quē mihi mun-
dus crucifixus eſt et ego mūdo. Itē ad Epheſios. Ipſe eſt pax nr̄a qui fecit vtraqꝫ
vnum. et mediū parietem ſoluēs inimicicias in carne ſua. legem mādatorū de-
cretis euacuās. vt duos condat in ſemetipſū in vnun hominē faciens pacem. vt
reconciliet ambos in vno corpore deo p̱ Crucem. interficiens inimicicias in ſe
metip̄o: et reliq̄. Itē ad Philippēſes. humiliauit inq̄t ſemetip̄m Chriſtus factus
obediēs vſqꝫ ad mortē. mortem aūt Crucis. propt̄ q̊d et deus exaltauit illum.
et donauit illi nomē quod eſt ſup̱ omne nomē: et reliq̄: Itē ad Coloſenſes. ma-
ieſtatē Chriſti p̄dicans ait. In ipſo condita ſunt vniuerſa. quę in cęlis et in terris
viſibilia et inviſibilia. ſiue throni. ſiue dominatiōes. ſiue prīcipatus. ſiue pote-
ſtates. omnia p̱ ipſum et in ipſo creata ſunt. et ipſe eſt ante omnes. et omnia in
ip̄o cōſtant. Ip̄e eſt caput corp̱is ęccleſię. q̱ eſt principiū prīogēitus ex mortuis
vt ſit in omībus ip̄e primatū tenēs. quia in ipſo cōplacuit omnē plenitudinem
diuītatis habitare. et p̱ eum recōciliare om̄ia in eo pacificās p̱ ſanguinē Crucis
eius. ſiue quę in terris ſiue que in cęlis ſunt. Et itē dicit in eadē epiſtola. Donās
nobis oīa delicta. delens q̊d aduerſus nos erat cirographū decretī. q̊d erat cō-
trariū nobis. et ip̄m tulit de medio affigēs illud cruci. et reliq̄: In apocalipſi q̊qꝫ
pene oēs laudes et oīa cātica quę in eo ſunt. ad paſſiōis Chriſti gloriā et graciā
redēptionis nr̄ę p̄dicandam cōueniūt. cū de agno occiſo q̱ in medio throni eſt.
ſepius ip̄e libere cōmemoret. Sed de his teſtīonia aliq̄ hic pōere nō neceſſ riū
iudicauīus. quia in cęteris locis huius libri non pauca inſeruīus. Sūt aūt duo
verſus hic heroici in ſanctę Crucis imagine eiſdē lr̄is cōſcripti. q̊rum prior in
lōgitudine Crucis ſcriptus hic eſt. Si dote tibi metra ſono his te Hieſus in odis.
Hic autem ſi eiſdem litteris relegatur ideſt a fine vſqꝫ ad inicium eius facit hūc
verſum. qui in trāſuerſo Crucis ſcriptus eſt tramite. Si donis vs ei et ſi honos
artem ibit et odis. Qui p̱ eaſdē lr̄as relectus redit in priorem. eum ſcilicet qui
in longitudine Crucis eſt.

Omnipotensvirtusmaieſtasaltaſabaoth
Excelſusdominusvirtutumſummecreator
Formatormundihominumtuvereredemptor
Tumealausvirt:tugloriacunctaſaluſque
Turextudoctortuesrectorcaremagiſter
Tupaſtorpaſcensprotectorverusouilis
Portiotuqemeaſancteſaluatoretauctor
Duxvialuxvitamercesbonaianuaregnies
Voxſenſusverbumvirtutumlaetapropago
Adtedirexietcumulansnuncdirigoverba
Mensmeateloquiturmentisintentiotota
Quicquidlinguamanusoratetbuccabeate
Corhumileetvitaiustaſacratavoluntas
Omniatelaudantetcantantcriſteſerene
Namq:egotedominumpronusetlaetusadoro
Atqecrucidemiſetuaehincdicoſalutans
Spemoroteramusaramaraſumaretorohinc
Hocmeuseſtardorclarushocignisamoris
Hocmeamensposcitprimumhocfamenetora
Hocſitiseſtanimimandendimagnacupido
Vtmetupieſuſcipiaſbonecriſteperaram
Oblatumfamulumqodvictimaſimtuaieſus
Hoſtiaqodtuaſimmemetcrucifixiototum
Iamtuaconſumatetpaſſiomitigetaeſtum
Carnalemvitiaconfringatdeprimetiram
Refrenetlinguampietatisverbareponat
Mentempacificetvitamdeducathoneſtam
Namquetuusquandototofulgeſcetolympo
Igneusaduentustorrebitetardoriniqos
Tempeſtasſtridetcornuiammugitetorbe
Anteapparebitquandocruciſaereſignum
Tumrogomeeripiatflammisvltricib:ipſa
Atqepoetamagnipropriumdefendatabira
Cuicanoiurecanamhumanusverſibusore
Cordemanuſemperdonyminemorabilecantu
Quoddederatvitaememetementcrinara
Qandoipſaieſuscleemenſrogoaberuitimo
Infernireqiemnuncocriſtearcepolorum
Damihihocpoſcoſpcroctueraomniacredo
Quaepromiſiſtihoctcneopittatefideqe
Quodveraxfaciſordineiudicomniavero
Inuncadſuperosincaeliſritetriumphas
Olausalmacruciſſemperſinefinevaleto



O Omnipotens virtus, maieſtas, alta ſabaoth.
Excelſus dominus, virtutum ſumme creator.
Formator mūdi: hominū tu vere redēptor.
Tu mea laus, virtus, tu gloria cuncta, ſaluſq;
Tu rex, tu doctor, tu es rector, care magiſter.
Tu paſtor paſcens, protector verus ouilis.
Porcio tuq; mea ſancte ſaluator et auctor
Dux, via, lux, vita, merces bona, ianua regni es.
Vox, ſenſus, verbum, virtutum lęta propago:
Ad te direxi, & cumulans nunc dirigo verba:
Mens mea te loquitur mentis intentio tota
Quicquid lingua manus orat et bucca beat:
Cor humile, et vita iuſta, ſacrata voluntas.
Omnia te laudant et cantant, Chriſte ſerene:
Namq; ego te dominum pronus et lętus adoro:
Atq; Cruci demiſſe tuę hinc dico ſalutans:
Spem oro te ramus aram ara ſumar, et oro hinc
Hoc meus eſt ardor clarus hoc ignis amoris
Hoc mea mens poſcit primum, hoc famen et ora:
Hoc ſitis eſt animi mandendi magna cupido:
Vt me tu pie ſuſcipias bone Chriſte, per aram
Oblatum famulum, quod victima ſim tua Hieſus.
Hoſtia quod tua ſim: memet crucifixo totum
Iam tua conſumat: et paſſio mitiget ęſtum
Carnalem, vicia confringat, deprimat iram.
Refrenet linguam, pietatis verba reponat.
Mentem pacificet: vitam deducat honeſtam.
Namq; tuus quando toto fulgeſcet olimpo
Igneus aduentus, torrebit et ardor iniquos.
Tempeſtas ſtridet cornu, iam mugit et orbe
Ante apparebit quando Crucis aere ſignum:
Tum rogo me eripiat flammis vltricibus ipſa:
Atq; pœtam agni proprium defendat ab ira
Cui cano: iure canam Hrabanus verſibus ore.
Corde, manu, ſemper donum memorabile cantu:
Quod dederat vitę memet clementer in ara.
Quando ipſa Hieſus clemens rogo ab eruit imo
Inferni requiem, nunc o Chriſte arce polorum
Da mihi hoc poſco, ſpero, et vera omnia credo.
Quę promiſiſti, hoc teneo pietate fideq;

DECLARATIO.

Quod verax facis ordine iudicio omnia vero.
I nunc ad ſuperos. in cęlis rite triumphas.
O laus alma Crucis ſemper ſine fine valeto.

Declatatio figurę.

DEus omnipotēs pater domini noſtri Hieſu Chriſti. qui vnigenitū tuum ex te ante ſęcula natum. carnem et animam humanā in tempore aſſumere. et Crucē ſubire pro humani generis ſalute voluiſti. Te adoro. tibi gracias ago. quod mihi miſero famulo tuo conceſſiſti graciā tuam (quāuis indigno) et multorū facinorum mole aggrauato: vt dilecti filij tui paſſionē laudibus. (licet non cōdignis. tamē deuotis) canēdo et conſcribendo depromerē. Tibi domine Hieſu Chriſte fili dei vnigenite humiles preces offero. et vota oris pſoluo: q̄d mihi peccatori inſpirare dignatus es. honorem ſanctę Crucis tuę quātulumcūq; decantare. et cōmunem omniū noſtrum ſalutē conſeruis meis predicare. Nec me ab incepto retardauit proriorum conſcientia delictorū: ſed magis illud mihi fiduciā tribuit. quod hoc in carmine celebrarem. in quo peccati regnū deſtruxiſti: et toto mūdo veniā delictorum omniū dediſti. Tibi ſancte ſpiritus paraclite totis precordiis meis grates refero. quod me tua gracia in ipſo opere adiuuare et cōſolari dignatus es. Te deprecor vt ſi aliqua. pro fragilitate mea incōueniēter poſui ſeu rite nō intellexi. tua viſitatione me illuſtrare digneris. vt ea decēter corrigam. meiq; erroris per te veniam conſequar: vt ipſe quem ante inceptum opus in auxiliū aduocaui. ſine naufragio ad optatum littus me perducas. Te ęterna et perpetua deus trinitas et inſeparabilis vnitas. toto corde. tota anima. tota mente. et tota virtute colo. adoro. exopto. deſidero. Tu illumīatio mea. tu ſalus mea tu laus mea. tu virtus mea. creator. redemptor. reparator. pater. arbit̕. magiſter. beatitudo. fortitudo. alacritudo. ęternitas. fœlicitas. ſerenitas. deus vnus omnipotēs. deus deorum dominus. deus rerum creator oīm. deus lux. et vita fidelium. vita viuens. vita a viuente. viuificator viuentium. amans et amatus. amorq; amiciſſimus. genitor et genitus. potenterq; regenerans. dicēs et verbum ac procedens ab vtriſq;. diligens et dilectus. amborumq; dilectio. verū lumen. lumen ex lumine. vera illuminatio. conſiliator. conſilium. et cōmunicatio. a quo per quem et in quo ſunt omnia. tibi laus et gloria in ſempiterna ſęcula. Te pater clemētiſſime peto. vt qui primitus me hoc opus conſcribēdo voluiſti perficere. quod ad laudem redemptoris et ſaluatoris noſtri pertinet. redemptionis et ſaluationis eius graciam per ipſum conſequi merear: et quicquid deinceps operis agam. ex tua. et per tuam. et in tua gratia ad laudem tuā totum peruenire facias. meq; deinceps tutiorē a peccatis. et in bonis operibus validiorem eſſe precipias: et quam diu in hoc corpuſculo viuam. aliquid ſeruicij tibi ſemper exhibeam. Poſt exitum vero animę meę a corpore. veniam peccatorum omniū conſequi. et vitā ęternam percipere per ipſum mihi con/

cedas. qui tecum et cum ſpiritusſancto coequalis viuit et regnat deus. per omnia ſecula ſeculorum amen. In Cruce vero antecedētis paginę eſt vnus verſus ſcriptus. xxvii. litterarum. qui eiſdem litteris legi et relegi poteſt in hunc modum. Oro te ramus aram ara ſumar et oro. Imago vero mea quā ſubter Crucem genua flectentem et orantem depinxeram. aſclepiadeo metro conſcripta eſt. priorem verſum tenens hexametrum heroicum. ſecundum hemiſtichium heroici. ita. Rabanum memet clemēs rogo Chriſte tuere: O pie iudicio. Continet autem totus iſte liber .xxviii. figuras metricas cū ſequēte ſua proſa. abſq; ſuperliminari pagina et prologo: qui numerus intra centenarium ſuis partibus perfectus eſt. ideoq; iuxta huius ſummam opus conſumare volui. qui illā formam in eo cantaui quę conſumatrix et perfectio rerum eſt.

FINIS.

Index cōtentorum libri huius per capitum quottas & numerorum in ſingulas chartas diſtribucio.

Caput primū Imaginem cōtinet Chriſti, brachia per Crucis modū expandentis vbi nomīa ſaluatoris ad vtramq̧ eius naturā pertinētia explanantur. libro i. folio. i. & libro ſecundo folio. i.

II. Crucis figura intra tetragonum ſcripta: cōplecti cuncta demōſtrat li. i. fo. iiii. & li. ii. fo. i.

III. De nouem ſpirituū ordinibus. deq̧ noībus eorūdē in crucis formā redactis. li. i. fo. vi. & li. ii. fo. ii.

IIII. Cherubin & Seraphin circa crucem diſponūt: addita illorū ſignificatione. li. i. fo. viii. & li. ii. fo. ii.

V. Quatuor figurę Tetragonice iuxta crucem ordinantur. adiuncto domus dei ędifitio. li. i. fo. x. & li. ii. fo. iii.

XI. Virtutes quatuor prīcipales ad Crucē quō ptineāt: q̄lit'q̧ oīm fructus virtutū p Crucē Chriſti nobis cōferāt. li. i. fo. xii. & li. ii. fo. iii.

VII. In Cruce quēadmodū ordināt et ſanctificāt: quatuor elemēta. quatuor tēporū viciſſitudīes plagę mūdi quatuor et quatuor diei naturalis quadrantes. li. i. fo. xiiii. & li. ii. fo. iiii.

VIII. Numeri myſteriū duodenarij in Cruce oſtēdit: vbi menſes. ſigna: venti. apoſtolorꝫ q̄q̧ p̄dicatō duodenario manifeſtatur. li. i. fo. xvi. & li. ii. fo. iiii.

IX. Anni dies in quatuor hexagonis & monade biſſextili addito incremento: qualiter in ſanctę Crucis forma ordinant. cōſecrāturq̧. li. i. fo. xviii. et li. ii. fo. v.

X. Septuagenarij ſacramentum numeri. q̄mō ſanctę cruci adaptetur. li. i. fo. xx. & li. ii. fo. v.

XI. Per Chriſti crucem Moiſi quīq̧ libri. vti innouētur. li. i. fo. xxii. & li. ii. fo. vi.

XII. Quomodo Adę ſecundi ſignificauit Adę nomen prothoplaſti. & illius paſſionem. li. i. fo. xxiiii. & li. ii. fo. vi.

XIII. Dies conceptionis in vtero virginis intemeratę quatuor Crucibus inſinuantur hoc eſt. cclxxvi. addita adiūctaq̧ myſtica eius numeri ſignificatione. li. i. fo. xxvi. & li. ii. fo. vii.

XIIII. Anni ab origine mundi in tēpus paſſiōis Hieſu Chriſti, gręcis inmiſcentur lr̄is obſeruata Crucis forma. annexo quod in hoc reuelat ſacramento. li. i. fo. xxviii. & li. ii. fo. vii.

XV. Crucis ſpeciem effigiant quatuor euangeliſtę cum agno. li. i. fo. xxx. & li. ii. fo. viii.

XVI. Dona ſpiritusſancti ſeptem. enumeratione Eſaię prophete. li. i. fo. xxxii. & li. ii. fo. viii.

XVII. Octo beatitudinũ ſeries in Crucis ſpecie notata. li.i. fo. xxxiiii. & li. ii. fo. viii.
XVIII. Quadragenarius numerus quid myſterij cõtineat. li. i.fo. xxxvi. & li. ii. fo. ix.
XIX. Quinq̃genarij ſignificatõ myſtica. li. i. fo. xxxviii. & li. ii. fo.ix.
XX. Myſteriũ numeri centenarij et vicenarij. li. i. fo. xl. & li. ii. fo. x.
XXI. Septuagenarij ſignificatio. addita eciam explicacione binarij. li. i. fo. xlii. & li. ii. fo. x.
XXII. De Monogrãmate vbi nomẽ Chriſti ineſt: In cuius medietate tpũs p̃dicatiõis eiuſdẽ cõtinet Altera ẽ medietas q̃ tẽpus regni cõp̃hendit antichriſti iudiciũ p̃cedẽtis extremũ. li. i. fo. xliiii. & li.ii. fo. xi.
XXIII. De vicenarij et q̃ternarij ſacramento. li. i. fo. xlvi. & li. ii. fo. xi.
XXIIII. Significacio Centenarij Quadragenarij & ipſius Quaternarij li. i. fo.xlviii. & li. ii. fo. xii.
XXV. Alleluia & Amen aptiſſime Crucis imaginem conſtituũt. li. i. fo. l. & li. ii. fo. xii.
XXVI. Super Chriſti paſſione noſtraq; redempcione prophetarum ſentencię. li. i. fo. lii & li.. ii. fo. xiii.
XXVII. Super eadem re Apoſtolorum legis nouę teſtimonia. li. i. fo. lv. & li. ii. fo. xiii.
XXVIII. Opifex ipſe ſanctam Crucem adorat: vbi geſtus adorãtis habituſq; geniculantis ad pedes Crucis iũctiſſime figuratur. li. i. fo. lvii. & li. ii. fo. xiiii.

MOs apud veteres fuit. ut gemino ſtilo ꝓpria conderent opera. quo iucundiora ſimul & utiliora ſua legentibus forent ingenia. Vnde et apud ſeculares et apud eccleſiaſticos plurimi inueniunt̃. qui metro ſimul & proſa unã eandemqꝫ rem deſcripſerant. Vt de cęteris taceam: quid aliud beatus Proſper ac venerandus vir Sedulius feciſſe cernũt̃? Nonne ob id gemino ſtili charactere duplex opus ſuũ edunt: ut varietas ipſa & faſtidiũ legentibus auferat. & ſi quid forte in alio minus quis intelligat. in alio mox plenius ediſſertũ agnoſcat. Hoc igit̃ exẽplo atqꝫ hac de cauſa ego quidẽ viliſſimus homũcio. opus quod in laudem ſanctę crucis metrico ſtilo condidi. in proſam vertere curaui: ut quia ob difficultatẽ ordinis & figurarũ neceſſitatẽ obſcura locutio minuſqꝫ patens ſenſus videt̃ metro ineſſe. ſaltem in proſa lucidior fiat. Non enim ſatagebam ut eiſdem verbis quibus in metro uſus ſum: ſed eodẽ ſenſu in hoc opere locutus eſſem. Hoc idẽ Oratius vir acutus et doctus in arte poetica erudito interpreti p̃cepit dicens. Nec verbum verbo curabis reddere fidus interpres. Interpres enĩ ego quodammõ in hoc opere ſum. non alterius lingue ſed alterius locutionis: ut eiuſdem ſenſus veritatem explanem. Quaꝓpter rogo lectorem ut non faſtidioſe accipiat noſtrũ laborem: ſciatqꝫ me non ſupfluitati ſtudere velle ſed utilitati: nec ulli inuidere. ſed magis fraterna charitate quicquid gracia diuina poſſum ad utilitatẽ proximi ſcribendo velle conferre. Bonitas omĩpotẽtis dei mihi cõcedat. ut quicquid boni mente teneam. opere pficiam: et quicunqꝫ noſtrum laborem fraterne accipiat. deo largiente æterni gaudiꝫ nobiſcum pticeps exiſtat.

Explicit p̃fatio Libri Secundi

De prima figura in qua Chriſti imago manus in modũ expãdit crucis. I

ECce filius dei et dominus dominãtiũ expanſis manibus ſuis. ſpeciẽ reſtaurantis honorandã hic oſtendit. Et recte hũc vnũ paſtorem grex ſacer eccleſię iuſtũ colit: et in eo modo quo in cruce ſua membra fatigari pmiſit. rite oĩs populi probãt redẽptorem: quia hũc totius iuris parentem eſſe ſacra ſcriptura predicat. Hoc quoqꝫ ego indignus agnoſcens. pro modulo meo omniũ ſummitatũ culmen adoro dñm Hieſum: et credo ꝙ ipſe eſt rex regum. Iudea vero que ſtimulante inuidia inuentrix malorum eſt. inique ſuũ occidit regem. Ipſe tamen cum gloria reſurgẽs. arma impiorum per verbum euangeliꝫ ſui ſecundũ ꝓmiſſionẽ ꝓphetarum potent̃ ſubuertit. At nos qui in illum credimus. in ipſo lętemur: dum quicũqꝫ ęternũ dñm illum eſſe non confitetur. male ac pnitioſe dubitet. quia hic auctor oĩm rerũ in toto orbe colitur. cui decet cuncta ſubici: quia dextera ſummi patris proba & ſancta oblatam predam de profundo inferni ſanguine ſuo eripuit: et taliter in cruce poſitus. celeſte regnum ſuis cõceſſit fidelibus. Hic de ſe principium oĩm rerum: hic nobiſcum deus: hic origo et finis vniuerſorum eſt: lux vera. imago dei patris inuiſibilis: os domini. ſplendor lucis ęternę: qui con-

ſubſtantialis patri. ſol iuſticię. uerbū dei. et ex lumine lumē eſt. Hic coequalis uirtus & manus domini eſt: dux iuſtorū et ꝓpheta verus: quē filium dei vnigenitum & primogenitū iuſte cōfitemur. Hic eſt lapis angularis credentibus. lapiſq; offenſionis et petra ſcandali infidelibus: idemq; oſtium vitę eſt. En indutus veſte Chriſtus veritas. quid myſtice ſignificet exponā. Veſtis q̄q; Chriſti. lex diuina eſt: quę vili tegmine literarū. auctorem rerum omīa cōtinentē q̄dammodo amplectitur: Ad quem totus mundus. cęlum & terra et mare et vniuerſitas creaturę pertinet: qui pugillo cęlum metitur. et terram palmo cōcludit. Item noſtra natura quā pro noſtra redemptiōe ſuſcepit. quaſi veſtimētum diuinitatis eius eſt. Nam hęc ſplendorem maieſtatis eius. & ab humanis conſpectibus cęlat: et radios claritatis eius. corā oculis impiorum adſcondens claudit: ipſe tamen miraculis coruſcantibus. ac tonante euangelio verus deus innotuit. Iſte q̄q; magni conſilij angelus. ac ſumma deuotō dei populo miſſus eſt: docens videlicet ſapientia. et cuſtos pacificus. fons vitę ęternę. brachium domini. et panis viuus qui de cælo deſcendit: petra utiq; Chriſtus. oriens lucifer. et verus medicus. clauis Dauid. via vitę. & agnus dei qui tollit peccata mundi. ſerpens qui exaltatus morituros viuificat. et mediator dei & hominū. vermis & homo. captiuā ducens captiuitatē: mōs dei. Aquila alta petens. aduocatus pro nobis. Leo de tribu Iuda. paſtor bonus. et hędus peccata noſtra portans: fundamentū fidei. ouis innocens. ſacerdos ſecundū ordinem Melchiſedech. offerens panem et vinū: uitulus nanq; & aries ꝓ nobis immolatus eſt victima. Qui filius eſt patris ęterni. idem damnatus eſt ad pœnam ligni. Hic utiq; ante luciferum. et ante omnem creaturam. ex patris utero eſt genitus: et temporaliter in momento ꝓceſſit ex matris aluo. atq; ut ſaluaret genus humanū. ad crucem venit ęternus cōditor Chriſtus: qui eſt ſup omnia deus benedictus in ſęcula.

De ſecunda figura. in qua ſancta Crux intra tetragonū depicta eſt. II

O Sancta Crux Chriſti. quę poteſtate tibi collata excellis ſup omnia: tu in cælorum arce ſuperna. cælorum potens regis agmina: quia crucifixi inte regis virtus & diuinitas. totam te potentem et totam ſanctam fecit. maxime cū paſſionis eius indiciū ſemp in te exiſtat. Quaꝓpter merito te reginam a Chriſto rege vocamus. quia regni cęleſtis aditū per te primū meruimus: dūq; humāitatis eius ac diuinitatis graciā. ipſum portans ꝓmeruiſti. in vnius dei omnipotentis laudem ſacra cōfeſſione Chriſticolas ſociaſti. Nā multiplices laudes deo in ſāctis angelorū cœtibus excitas: et ſimili ratiōe ad glorificandū deū. deuotos reddis terrarū incolas. Te generaliter totus orbis. aer. mare. & ignea cælorū ſidera ſanctificant: ac ſpecialiter vnaqueq; ſpecies creaturę. ex quatuor mūdi partibus. magna deuotione celebrat. Hoc quoq; oīm adunata confeſſio ꝓfitet. q; ab ęterno lumine illuſtrata. nobis cęleſtis regni gaudia demonſtres. et demōſtrata pie querētibus dones:

cum vtrumq; facis diſpenſatione diuina. ut et corde credulo et vera cõfeſſiõe deũ Chriſtũ cõfiteamur et ꝑ hãc fidem ad ipſum. ꝑuenir mereeamur. O crux Chriſti quę per deſideratã eius victoriã es benedicta: quam claram et q̃ magnam ſuo amore te omnium cõditor reddidit. Viuificationis enim munere te ditauit: et ad hoc ſalubriter erexit. ne antiquus hoſtis qui primum parentem noſtrum ſibi conſentientem de paradiſo eiecit. diucius irriſionis eulogio progeniem eius in exilio damnatam fatigaret. O pia Crux domini: quis te decantans metro. digne reſonare valet. et totam potentiam tuam verbis enarrare? pulchra nites ornatu: teq; cernẽtibus glorioſa appares. Taxus mortifera longe a te fugit: Calamus aromaticus et Pinus ſemꝑ virens honori tuo ſe ſubiciũt. Cędrus q̃q; diuturna. et vermibus impforabilis. Mirrha guttiflua. et Meliro odoris iocundiſſimi ad odorem tuũ ſtupent: Nardus ſpicoma. & Cypreſſus odoris boni. Maſtix quoq;. gutta Lentiſci. & Tus Arabica. Gutta Indię et Amomũ Syriacũ. Balſamũ Iudęę. Bdelium Phiſonis maieſtatẽ tuam verentes ſuꝑ ſe votis exaltant. Nomine licet ſis aſperior ipſis. dum cruciatum reſones: virtute tamen redemptionis noſtrę ipſis preſtas: quę concedis fidelibus ante Chriſti tribunal bonorũ operum fructus percipere. O Crux ſacra. quę diruptis clauſtris inferni. plebem ſanctorum eripueras et cælo collocaueras.

De Tercię forma figurę. in qua nouem ordines angelorum depicti ſunt.

O Tu ſancta ſalus. et lęta paſſio Chriſti ſalue. Crux veneranda dei quę ſapientia. lumen. & doctrix es orbis terrarũ: quę et vera laus amica virtus. et clara philoſophia apud cælicolas. terrigenas. quę indeſinenter viges: et iam apud exercitus angelorum. qui in claritate lucis ęternę manent. et apud homines quibus ſalus et pulchra renouatõ. poſt diutinam infirmitatem & antiquam peccatorum vetuſtatem extitiſti. Te totus orbis beatificat: te cælorum agmina collaudant. Per te in nomiue Hieſu (qui cuncta mundi ſcęptra ſimul et regum curuat imperia) om̃e genu ſiue voluntate ſiue vi flectitur. celeſtium videlicet terreſtriũ et infernorũ. At Mihael dux et princeps plebis dei. te confeſſione memorat. cuncta celorum ſidera et virtute regere & poteſtate tegere. eo quod ara dei ſis. in qua immolatus eſt agnus qui abſtulit peccata mundi: quo clipeo beniuolentię ipſe ſedulo exultat. qua confeſſionis framea fidens. bellum init contra draconem horridum. antiquumq; ſerpentem: & de hoſte triumphans. ouat cum ſanctorum agminum millibus. hoc ſibi premiј loco petens vt tuam laudem perpetuo ante tribunal decãtet domĩ. Igitur actus iſte formatiõis literarũ. et hic modus poſitiõis nouẽ ordinum. nec non et ſors ipſa qua primitus ad laudandum redẽptorem ſacra angelorũ agmina ordinantur. taliter ſuſpenſam iure ſtatuit hanc Crucẽ. aram ſcilicet põtificis & redẽptoris noſtri: ut ipſa vera vita in ſe conteſtans oſtendat

laudantem virtutum venerabilem ſenatum. ſicut decet. vt in Cruce quę eſt vera ſalus noſtra. appareant bona & ſalubria ſcripta: ideoq; Chriſtus ſemet-ipſum humilians deſcendit de cęlorum arce. vt ad ſe ſolidum fundamentum fidei augmentumq; omnium bonorum valide nos duceret: & docuit verbis factiſq; ſuis nobis documenta reliquit: et ſic demum in ſancta Cruce nos redi-mens. facta ſua conſūmauit. Hoc tu Gabriel archangelus altiſſimi et deſpon-ſator cęleſtium nuptiarū. lętus claro famine virgini reuelabas. quādo Chriſti regni potentiam & ſaluationis eius opus. luculento ſermone pronūciaueras. Quid & tu o Raphael medicina dei? Nunquid in illo myſtico opere. quo Tobyę oculos aperuiſti. felle orbem liniens. ſanctę Crucis potentiam ſignifi-caſti. quę per amaritudinem mortis Chriſti peccatorum tenebris remotis: ęternam lucem humano generi reddidit. Credendum ergo nobis eſt. quod facta angelorum quæ vetus teſtamentum narrat. aduentum & gloriam ſigni-ficent redemptoris noſtri: cum nouum teſtamentum ſtatim in primordio natiuitatis eius. eos gloriam in excelſo. deo magno tripudio ceciniſſe. et pacē hominibus adoptaſſe deſcribat. Quapropter vos quoq; preclari angelorum exercitus ſupplices obſecramus: vt dignas grates ſaluatori noſtro inceſſanter agatis. et ſanctum nomen eius in ſęculum benedicatis: qui nos per Crucem a ꝑpetua morte liberauit. et veſtrum numerum: ne diminutus ꝓpter ꝑditos angelos remaneret: ſanctis animabus cōpleuit in arce cęleſti.

De forma Quarti ſchematis. vbi Cherubim et Seraphim ſunt iuxta Crucem depicti. IIII

AT vos ſupnę cohortes Cherubim et Seraphim. iam nunc de cęlo laudate nomē regis veſtri Hieſu Chriſti: quia ignis amoris et ſa-pientię veſtrę ita bene ardet. ſi puro famine in redemptoris laude ſplendeat. cum vera et diuina eſt laus illa. qua paſcha nr̄m: idē paſ-ſio et reſurrectio redemptoris nr̄i. vere noſtra ꝑdicatur eſſe vita: verus vtiq; lucis fructus eſt Chriſti. quē cū patre et ſpūſancto dn̄m deum Sabaoth ſociali laude celebratis: qui tūc in hora paſſionis vicit triſtitiā mortis. et nūc regnans vbiq;. exultat in gaudio reſurrectiōis. O beata Seraphin. quis ſit vr̄i amoris ardor dicite: et ſi fiant in celebratiōe hac habitus veſtri iura cęleſtia mōſtrate. ſi hac multa et valida laude ſignificetis. victorem ſupernum pandite. Hinc cō-fidenter ego pro vobis mihimetipſi et meis ita reſpondeo. Vnum namq; eſt quod nobis demōſtrant. Hoc eſt quod in alarū ſuarum poſitione affirmant: iam dudum nobis ꝓnunciatā eſſe in figuris ſanctę Crucis aram: ſacratūq; de-cus hoſtię quod in ea immolatum eſt. Edūt quoq; Chriſti vota laudis. quę ſit virtus redēptionis nrę. ac bona premiorum quę tribuere nobis rex Chriſtus decreuit. cū in hac ara ſecundū ſuū ꝓpoſitū paſſus. cōſumpſit flāma paſſionis ſuę iniquitates. et peccata ſcelerū noſtrorū: cunctaſque aduerſarias poteſta-

tes. in momento ſuę mortis ſuperans vicit. atqꝫ principem huius mundi foras
eiciens. deſtructa eius clauſtra dirupit: & vetuſtatem peccatorum noſtrorum
deleuit. reddens nobis benignus dominus et rex virtutum ipſa regna paradiſi
in quibus primus homo conditus poſituſqꝫ fuerat. Hocqꝫ omnium fidelium
ora probāt: et virtutes et miracula. quę deus in hoc mundo per ſanctos ſuos
facit teſtātur. ꝙ deus humano generi in carcerē & tenebras iſtius mūdi iuſte
damnato. auxilia mādatorum dederit. cauſa ꝑpetuam mortem euadendi. Cō-
ditor vtiqꝫ et rex noſter. qui pro nobis in alta Crucis confixus eſt ſtipite: quā
magis decet thronū imꝑialem vocari. ꝙ ſeruile tormentum: quia imperator
noſter rex Chriſtus regnum ſibi in ea: et poteſtatem in cęlo & in terra cōqui-
ſiuit. hoſtes ſuperauit. et mundum deo reconciliauit. Hęc vexillum Chriſti-
ani eſt populi. hęc framea qua cum hoſte ſortimur bellum: hęc inſigne vi-
ctorię nr̄ę. Cū hac hoſtes noſtros ꝓterimus: hac arma iniquitatis frangimus.
per hanc ad coronam alleuamur et virtutis premia capimus. Propterea exul
ſemper & alienus a bono ignis cupiditatis. ſcito quę tibi interfectio in morte
Chriſti parata ſit. Cherubin ergo illa quę ī tabernaculi templiqꝫ cōſtructiōe.
iuxta aram poſt altare Thymiamatis ſtabant. hoc vexillum Crucis extenſione
alarum ſuarum. necnon & tota poſitione ſitus ſui. hanc ſanctam aram demō-
ſtrabant: quę myſtica vnctione linita. triumphum Chriſti & certaminis eius
palmam prefigurabant. Hęc itaqꝫ animalia ideſt Cherubin diſtenſis ſuis alis.
lęta facta Chriſti adducunt: et beata ea eſſe alma altaqꝫ manifeſtis indicijs tra-
dunt. Ipſa quoqꝫ Seraphin ad hoc pandunt os ſuum: vt cum cęlos & terram
plenos eſſe gloria dei predicēt. iam prope eſt tempus quo carnalis hinc abeat
luxus. et vicia recedant. Dicant deniqꝫ cuncta. ſimul hęc animalia alarū ſuarū
officio. precipue intimant ſaluatoris brachia in Cruce eſſe protenſa: in hiſqꝫ
trahi atqꝫ ſubleuari nunc miſericordia. omnes quos ipſe poſtmodum in vni-
uerſali iudicio. meritis condigna rependens. in ſede collocabit beata: tunc pa-
lam illos per diſcuſſiōem ꝓbando. quos iam ante ſibi notos & bonis operibus
auctos probauit amando. Iuſtorum ergo vatum prophetię de paſſione dn̄i
vllo modo nō diſſentiunt: nec ſignificationes iſtorum animantiū fallunt.

De Quintę figurę forma. vbi quatuor tetragoni circa Crucem cōſiſtūt. V

TE modo Crux ſancta dei obſecro. vt tua virtute meum pectus in-
firmum benedicas: vt dignis laudibus ęterni regis in te tropheū
valeam decātare: quomodo cęleſtia ſimul ac terrena vno fœdere
coniungas. pactum confirmes: et mortis vincula diſſoluas. O tu
ſacer apoſtolorū cœtus. et martyrū ordo laureatus: iure vos domus Chriſti
poſuiſtis fundamēta. quos ipſe in arce geſtat pulcherrima. Voce quippe vr̄a
& exemplis deo plebem ſacram acquiſiſtis. et ſanctam ac ſalutarem Crucem
Chriſti. iure in primo fundamine predicationis collocaſtis: quia illam cruci-

fixi in ea domini virtus ad portandum. totam domini eccleſię machinam rite roborauit. Vere quoqꝫ ipſa humanum genus ad vitam dedicauit. firmaqꝫ erecta eſt columna: deſiderans oſtendere quod per ipſam ęterna domus. celeſti regno collocanda exurgit: aula videlicet iuſti regis ſpõſiqꝫ eccleſię. Hãc tu domine Chriſte trophæum nouum. iure dominationis cruore redemptionis. viaqꝫ directionis. ociter in mundo erexiſti: quod chriſticolum genus fœdus iuſticię ſeruet. ſpernat diabolum rite damnatum. & vincat pietate hominem inimicum: quia tu illi fautor laudis. & timor conſeruationis vtriuſqꝫ boni operis. ac palma victorię. atqꝫ corona remuneratiõis es. O inclyta Crux domini. aulę Chriſti precioſum fundamentum: tu es pulchrior florifera ſpecie omnium germinum: tu excelſior Cędris Libani: tu precioſior albo lapide Pario: quę quadratas iungis petras. viuentium lapidũ in firmo fidei fundamento. Patriarcharum quoqꝫ cœtus et ritus antiquiſſimus. iure prima fundamenta iacit in inicio totius ędificationis: qui primum ſano dogmate corda deuota ſibi obedientium. ad domum regnãti ſuper omnia deo fide iunxerũt. Poſtea ꝓphetę verba predicationis pluerant. vt regi Chriſto viuam aulam monitis pręceptiſqꝫ ſuis. in hoc certaminis loco conſtruerent: quia omnis hęc fabrica eccleſię. per confeſſionem nominis Hieſu Chriſti ad celeſte regnũ eleuat: eiuſqꝫ voce inſtructa. rite viget bona vitę cõſtructõ. Hęc enim iunctio ad latera ſanctę Crucis quatuor tetragonorum hoc ſignat. et omine ſacro reuelat nobis intellectum: vt ſciamus quo nos via recta et ductor optimus iubeat ire: hoc eſt ad poſſidendum regnum ꝑpetuũ: omnes vtiqꝫ quos Chriſti viſitatio ſua manſione illuſtrans. templum dicare dignatur. et cum his ſanctis parietibus in ſemetipſum lapidem angularem coadunans. ad perfectionem celeſtis ędificij perducet.

De ſpecie Sextę figurę. vbi de quatuor virtutibus p̄cipuis cõmemorat̃ VI

OMnipotens virtus. et om̃ipotentis patris ſumma ſapiẽtia Chriſte fili dei: tu es verus dñs. qui totũ mundum adornas decore ſanctę Crucis. diſpẽſaſqꝫ pie tuis ſanctis pia dona ſalutis. Nam quadriga virtutum quatuor cornibus ſanctę Crucis decenter aptata. oſtẽdit ſacram ſeriem ſpecierum ex ipſa ꝓcedentem. in triumpho victorię regis Chriſti conſecratam: et per eius paſſionem ꝓficuam eſſe toto orbi. ad impetrãdum fructum pietatis. et adipiſcendam ęternam beatitudinem. Virtus eſt animi habitus. naturę decus. vitę ratio. morum nobilitas et linguę moderatõ. Hęc quippe cuncta. o ſancta Crux religioſis homĩbus iuſta laude ꝓbanda tu tradis: cuncta ſimul beneplacita deo depromẽs. et ſingula ſalubria eſſe ꝓdens. Tua ſancta prudentia tenerum mundũ ab inicio docuit: quando ꝑ martyriũ Abel iuſti. pro innocentia ponendam animam demonſtrauit. de te iuſticia bene zelo feruens. diaboli pompam ſpernendam. et Chriſti gracię obſequendũ ſuaſit. Per te caſtus amor in ſanctis dei erigit ſe ad ſectandum vtilia cõſilia.

hoc eſt doctrinam mandatorum dei: vt fraudem maligni de penetralibus hu/
mani cordis auferat. et fideles dei attendentes ad cęleſtia premia. ſuparc car/
nis cõcupiſcẽtias doceat: ipſeq; amor. per vniuerſam mũdi latitudinem ſctõs
predicatores ducit. arguentes vitia. et virtutes commendantes: docenteſq;
per euangelium redemptori gratias agendum. qui ſecundum veterum pro/
phetiam nouiſſimis temporibus incarnatus eſt. et mandata tradens euãgelica
ſignis & miraculis verus deus innotuit: concedens omnibus fidelibus ſibi. vt
per fidem plenam & baptiſmũ. lucem ęternam conquirerent. illiſq; qui inten/
tis auribus cęleſtem doctrinam capiebant. dedit in modum bonę terrę ube/
rem ex verbi ſemine virtutum fructum ꝓferre: et ſi qua incentiua naturę in
eis oriretur. abſciſa euangelij cultro. flamma ſpiritusſancti cõcremaret: vt ſine
vllo impedimento diuinũ germẽ et ſpiritales delicias regi Chriſto exhiberẽt.
Hos ergo fructus primum fides et religio chriſtiana. per p̃dicatores euagelij
plantauit. deinde gracia virtutũ puros. & ab om̃i ſorde alienos oſtẽdit: dehĩc
pacientia ſanctorum in tribulationibus ꝓbauit: pactũ quoq; et ſocietas verę
cõcordię coadunatos et inſeparabiles demonſtrãdo ſtabiliuit: exin mõ virtu/
te conſtatię fortiter roborantur. et ꝑ veram humilitatem illeſi cuſtodiuntur.
vt per diſcretionẽ in augmentum ꝓficere valeant. et per longanimẽ ꝑſeuerã/
tiam vſq; ad congruam maturitatem ꝑueniant. Poſt hęc quidem iam vltimi
iudicij falx mittenda eſt: vt meſſis albens. quam granum frumenti ꝑ aratrum
Crucis interra conditum. glorioſam et multiplicatã ꝓtulit. apparente ipſo
iudice viuorũ & mortuorũ. ꝑ angelorũ miniſteria colligatur: et per ſenten/
tiam eiuſdem iuſti iudicis in horrea cęleſtia fœliciter collocetur.

De Septimę figurationis plaſmate. vbi de quatuor elementis agitur. VII

IGitur omnia quę in cælis et quę in terris ſunt. de lumine glorię Chriſti
illuſtrata iam ſplendent: cuius maieſtati ſubiecta ſeruiũt. et ſacrę Crucis
factum beatificãdo concelebrãt. vt ſic victori ſuperno debita vota per/
ſoluant: hoc veraciter ꝓfitentes. omnia regna ſeruare modũ ſuum ſub
diſpenſatione diuinitatis Hieſu: non ſolum quę in orbe mouentur. quinetiã
omnia quæ ſunt. viuunt. ſentiunt atq; diſcernunt et iura ſeruare norunt. ſub
hoc imperio conſiſtũt ab inicio. Imber quoq; ac grãdo de nubibus. nix. prui/
na ac glacies. ros et ſerenum ſimul cum fontibus & riuis in terra ꝓfluentibus
creatorem teſtantes laudant. Arcton Creticus & om̃is ſtellarũ poſitio ſimul
cum vertigine poli. auctorẽ p̃dicant ſuum. Nemini diſpliceat quod dico: quia
om̃itenentis laudes ſcribo. et non irriſionẽ vel dolorem alicui ingero. Bene/
dicite omnia opera domini dominum: cantate et pſallite ei. Laudans dicat iu/
ſtus ꝙ Chriſtus in Cruce exaltatus omnia trahat ad ſeipſum: et electos ſuos
milites inuitet ad coronam. Non enim fas eſt vt in laudando conditorem diſ/
cordet factura eius. ſed gaudens concinat ſibi debitas laudes. Vniuerſa aquę
natantia & ſerpentia terræ. montes & colles. harena maris. luci & omnia

ligna ſyluarum. feræ. pecora. & truces beſtiæ. vermes puluerei. & minuta volatilia. aues manſuetæ & lacerantes vnguibus. O genus chriſticolum. quo cęli et terra decorantur. a vobis lumen fidei & virtus predicationis prodiens. legationem agit ad gentes. preces excitat. ad baptiſmum inuitat: ſed maxime doctorum ſermo. preclara exhortatione dolum diaboli denudat. et acquiſitis per dei graciam electis exponit victoriam Chriſti. Omnibus fidelibus hoc quottidie predicatur. necnon & paganis et falſis chriſtianis & hæreticis. cum ſumma modeſtia & patientia intimatur. Qui ergo crediderit verbo dei ſaluabitur. qui autem non crediderit aut prauis operibus fidem deſtruxerit. inęternum damnabitur. Igitur quia Chriſti gracia in cęlis & in terris redundat: bene condecet. vt cęleſtia ſimul & terreſtria. ore cõſono laudes deo decantẽt et gracias agant. Populus domini & oues paſcuę eius. qui partim in cęlis iam cũ domino regnas. partim adhuc peregrinaris in terra: vna ratio vos ad laudandum deum incitat. quos vnum gaudium in cęlis expectat. Nam q̃d datũ eſt iam tenetis. et quod promiſſum eſt veraciter accipietis. quia qui promiſit ſine dubio in vobis ſua promiſſa implebit. rex vtiq; veſter proprius et ſacerdos. creator et ſaluator Hieſus Chriſtus dominus noſter.

De Octauę ſpeciei forma. vbi de Duodenario numeri ratione expoſitum eſt. VIII

CHriſtus itaq; ſaluator nr̃ Chriſtus rex mitiſſimus in cęlis regnat conſilium optimum: virtus dei patris ſumma. et benedictio vera. lumẽ de lumine. et ex deo genitore diuina proles genita. Hinc videlicet totius iuris origo eſt: ad hunc fabrum tota cęli & terrę fabrica reſpicit: ad hunc pertinet omnis virtutum decor: a cuius bonitate & veritate omne bonum. verumq; fit: ipſeq; mirabilis. ſolus mirabilia facit: a cuius iuſticia ordinatur quicquid in cęlis vel in terris iuſte decernitur. probatur. et profertur: quicquid honoris habent angeli boni: et quicquid pœnę ſufferũt angeli mali: necnon et illud quod Chriſtus idolatriam de mundo expulit et diuinũ cultũ renouauit. Horum igitur omnium bonorum auctor eſt dominus Chriſtus: qui in vexillo Crucis ſuę. honoris & poteſtatis proprię iudicia demonſtrat. Quapropter congruit vt nos terrigenę. et paradiſi exules notemus hos radios quos diffundit hęc ſanctę Crucis ſpecies: per quam Chriſtus nos ſaluat: et reddit ſplendorem luminis quem prothoplaſtus peccãs olim iam amiſerat. Quotquot ergo a principio hos radios rite agnoſcentes venerabantur. perpetuę lucis munere perfruunt̃: crebroq; hoc iubare vibrabant arma prophetarum: et ſors apoſtolica predicans hac luce nobiliť coruſcabat: hocq; ſole fides Chriſti toto orbe terrarum relucet. atq; bona corda hominum. votaq; pia ſanctorũ patẽt: iuſti quoq; diuino munere pollẽtes. per myſtica ſigna olim iam patribus tradita. bonum et ſalubrem coniciunt radium: et proinde mandatis dei obedire perſuadent populis. cum Chriſto aſſcribunt ſoli. et profunditatẽ myſteriorum

dignis reuelare: et dona pennis vitę fidelibus tradere. Chriſtus ergo rex ſummus & cęleſtia tribuēs dominus munere diuinus. ſcandēs alta Crucis robora. manifeſte innotuit. hanc ſpeciem formando. per hanc ſe pādere cęlos mundo. et vult vt ſequentes eius veſtigia uitę. per hanc repiamus introitum. Deniq; quaterternos vētos a quatuor plagis mūdi et ambitu oceani. in habitu ſanctę Crucis cōiunctos. et coadunatos. ſaluator ſalubres fecit. ſignaq;. xii. cum. xii. menſibus ſuis ipſe dn̄ator ſuſtentans. regit & gubernat: ac duodena ſpacia horarū. oriente ſole diſponit ordinabilit̄ trahi et p̄duci ad occaſum. Ad hęc quoq; vniuerſa demōſtranda diſtributio duodenarij numeri. quadrangulā ſanctę Crucis formam cōplet. Omnia nāq; vincula peccatorū noſtrorū quibus cōſtricti tenebamur. Crux Chriſti gloria noſtra reſoluit: ipſaq; erecta ſacra cęli gaudia iuraq; terrę ꝓponit & ſignat. laudat & probat: ipſaq; fidelibus veraciter confert.

De Nona figura: quę dierum anni numerū in Crucis ſpecie continet IX

SOl et Luna en nunc competenti ordine. dominum Hieſum Chriſtū benedicite: quia ſancta Crux eſt veſter honor. ſtabilis lux. diſpoſitus ordo. ſeries. laus. et probitas: ſpiritali lumine per cūcta tempora vos illuſtrās. Vos quoq; hoc termino quē ipſa in quatuor hexagonis et monade inter eos poſito portendit. dies & noctes totius anni ſolaris cōnumeratis: ęquatiſq;. ad perfectionem eius numeri curſum veſtrum. Prędicta ergo figura eius habet in ſe tricies den os et decies ſenos: atq; inſuper quinquies vnitatem. His quippe numeris rota Solis & Lunę curſum ſuum noſcitur indere. quatuorq; viciſſitudines temporum his includuntur: quos omnes in quinquagintaduabus hebdomadibus et monade. vnus pariter amplectitur annus. Ad hanc diem iam bifrontis reditum: tenet omnis hic ordo: ad hanc tranſit horarum ſeries. temporum viciſſitudo. annalis circuitus. & aſtrorum curſus: Ipſeq; quadrans horarum ſupvacuus ſupra numerum certum dierum. quem indiſpoſitione ſex angulorum quatuor hexagonorū ſancta Crux denotat. ociter ad illū terminū p̄tingit: q̄d in ęquinoctijs rite dinoſci poteſt. O ſacrum germen. quod clara luce fidei et ſapientię corda hominum in tenebris infidelitatis poſita illuminas: tu es videlicet Crux ſancta miraculis coruſcans. Nam et Chriſtus hinc vbiq; per tua cornua latitudinem ſui regni demonſtrat. Tu regis fortiſſimi ſcęptrum & ara dei altiſſimi. ordine potenti dilataris per orbem: deſcendiſti ad inferos: tendis ad cęleſtia. Hęc decus et honor eſt totius mundi: Sem quoq; verus idem nominatus noſter. per cuius nomen ſolius tota ſaluatur creatura: curſum ſiderum ad huius formā temperat. ipſumq; regnū cęli donat: cum in hac ſede poſitus clauſtra cęli nobis

apit. Hęc quippe humanum genus laudans cantibus exponit: cum prędicat fideliter pro Chriſto a Iudęis crucifixo. ꝙ media die lumen ſiderum obſcuratū ſit. Nam Iudęa frendens licet iuuidia ęſtuaret: meliore tamen vſu in arbore Crucis hunc fructum extulit: quod ex quatuor plagis mundi et ex quadrifico Oceani limbo. gentes & populi vndiqꝫ confluentes. ſpiritales delicias appeterent. quę in ſancta Cruce demonſtrantur. vt ſacris et myſticis epulis repleti. per dona ſummi patris ad centuplicem bonorum operum ꝑueniant fructum: et intermixti ſplendidis nouem ordinibus angelorum. in celeſti beatitudine ipſi perpetua claritate fulgeant. Quapropter moneo: vt quicquid canamus et quicquid ſcribamus. in redemptoris laudem totū vertamus: quatenus hac vna ſpe. quam per eum in eo habemus. exitum auidę & ſęuientis mortis. perpetuęqꝫ damnationis ſcuto fidei repellentes. poſſimus euadere: et ſic regnū dei ſuperna luce nitentes lęti mereamur poſſidere. auctoremqꝫ noſtrum ac redemptorem dominū Hieſum Chriſtum om̄ipotentis patris videlicet natū. dignis laudibus reſonare. verum ſanctum atqꝫ dominum altiſſimū: ſit quoqꝫ ſemper hęc noſtra ratio. ſempiterna laus et perpetuus ardor amoris.

De ratione figurę Decimę. vbi ſeptuagenarij ratio deſcripta eſt.

NVnc itaqꝫ condecet: vt pia modulatio ſpe ęternorum nos lętificans. in hoc beato opere exprimat. quid nobis ęternam vitam cōferat. et quid corruptionem auferat. quidqꝫ delictorum veniam tribuat. & quid vincula peccatorū dirumpat: hoc eſt ſanctę Crucis predicet acta. Merito ergo hoc vox humana faucibus reſonat. hoc depromunt arte os proloquens. digiti ſcribentes. plectrum linguę & vota pij cordis. quod cecidit iu bello draco tortuoſus et noxius ille. qui arte maligna truculentus in paradiſo prothoplaſtum noſtrum decępit: cum prius ipſe cadens Lucifer de cęli arce. terciam partem aſtrorum traxit ſecum ad inferni ſulfurea ſtagna: quia ſuperbus et doloſus temptauit ſe ęquiparare altiſſimo. in gelida Aquilonis parte ponens ſibi tribunal. Hunc ſcilicet ferociſſimū lupum. agnus mitiſſimus ſtrauit. iure potenti eripuit predam. et ſtudia immania fregit. At gentes ex imis: & carnalibus deſiderijs per ſanctā euangelij predicationē cōuertit ad meliora. & incendit ad cęleſtia dona: ne vel Iudęorum fabuloſa ſuperſtitio: vel hęreticorum peruerſa ſeductio. ſpecioſo velamine corrumpat caſta corda chriſtianorum: qui veritatem diuinę legis agnoſcentes: in robore fidei iam conſiſtunt: et ne aridum fiat os gentium exinanitum a cultu dęmonum & adoratione ydolorum: fęcūdat illud in diuina laude auctor totius boni & largitor virtutū Chriſtus dn̄s. cauſat enim & damnat omnem ꝑfidiā inimici. potens virtus ſanctę Crucis: et dimittens mūdo debita. cunctas opes

diuitum p̄cellit ſuo munere. Denicꝫ quod in ſeptuagenario numero maniſeſta redemptio toto mūdo fuerit: Daniel ꝓpheta in ſeptuaginta hebdomadibus ſuis. quę ad Chriſtū vſcꝫ ꝑtingebant demonſtrat: quando cōſummetur p̄uaricatio. et finē accipiat peccatū & deleatur iniquitas. et adducatur iuſticia ſempiterna. Hieremias quocꝫ ſimilit᷑ poſt. lxx. annos. reſolutionē captiuitatis p̄dicat eſſe veturā: aſt Moiſes ꝑ lxx p̄ſbiteros. q̊s mādato dn̄i populo Iſrahel prętulit. totius magiſterij ꝑfectiōem. et reuelationē myſteriorum per Crucis ſacramētū nobis fieri ſignificauit. O crux bn̄dicta dei: in hoc quod ſeptuagenariū numerū in quīcꝫ ꝑtes diuiſum in medio tui. ſimul & ꝑ quatuor cornua tua quaternario. et denario numero āplecteris. ſignificas te totum mundū ꝑ decalogū legis. & ꝑ. iiii. libros ſancti euangelij. ad concordiam et vnitatē fidei reuocare. Necꝫ enim ipſum quinarium abſcꝫ myſterio p̄termittis: ſed venerabiliter innuis humanum genus. non ſolum per internum affectū animi. ſed etiam ꝑ exteriores ſenſus corporis tibi veraciſſime eſſe deditum.

De vndecima figura vbi pentatheucus Moiſi ordinatus eſt. XI

TE ſancte pater inuoco dominū cęli et terrę. ut ſis mihi in hoc carmine doctor & rector. et inchoato operi pius et clemens annuas ſenſum opifici. et verba ſobria tribuens. ut poſſim fideliter pandere ad ſanctę crucis ęternā laudem. & ad gloriā noui teſtamenti. quid lex priſca figuris ſignificet modo in gratia. ipſis rebus ſpiritaliter obſeruandum. Nam cum primum hęc maxima rerum machina. ab inuiſibili & impenetrabili profunditate viſibilis effecta eſt. et paradiſus cū germine ſuo floridus & iocūdus apparuit. ſtatim in ligno vitę quod eſt in medio paradiſi vitale lignum ſanctę Crucis prefigurabatur: quod in medio gentium poſitū. p̄cedentes et ſubſequentes ſe viuiſicat et ſanctificat generationes: cuius beneficio recreati quicꝫ boni et ſancti viri: ſpiritales et vitales virtutum ꝓferunt fructus. Hoc etiam lignum paſſionis Chriſti prefigurabat Iſaac patriarcha: cum patre imponente ꝓprijs humeris ligna portabat ad locū immolationis ſuę. ſicut liber geneſis teſtatur. ſic et exodus & cęteri libri legis ediſſerūt. quod forti compagine armorum ſancta crux. noſtrum precium euexerit: ut dote ſanguinis ſui ſponſus ſupnus exhiberet ſibi ſponſam eccleſiam. non habentem maculam aut rugam Hinc plebs Iſrahelitarum deo in Aegipto coniuncta. & per rubrum mare tranſlata. laudes victrices redemptori ſuo decantabat: & itinere trium dierum gradiens domino miſericorditer eos ducente. peruenit ad fontem Marat. qui per lignum myſticum dulcatus eſt. Igitur Pharao & Aegiptij perſequentes. qui prius populo dei quaſi iam capto et reducto inſultabant. ſubmerſi maris fluctibus ſera pœnitentia doluerunt: Iſrahelitę autem viſis magnalibu s. ductori ſuo trinmphanti. deo videlicet patrum ſuorum canticum glorię concinebant. & in conditoris ſui amore feruētes laudes

triumphales exoluebant. Porro mare orientale hoc teſtatur: cum orbitas curruū Aegiptiorum hactenus in ꝓfundo. et in littore ſeruat. Deniqꝫ veteris legis abyſſum ſancta crux immiſſa dulcauit: et petram ſolidiſſimam excidens fontem viuentis aquę ꝓduxit. Ad huius inſtar Moyſes manus extendens in Amalech victoriam cœpit: et per eam veri Amalech memoria deleta eſt ſub cęlo. Duo ergo viri exploratores terrę repromiſſionis. qui botrum in vecte portabant. duos populos ſignificant: qui gaudia ſupna per paſſionē Chriſti in cruce cōpleta. quoſqꝫ credentes ꝓmereri poſſe p̄dicāt. O crux benedicta dei: quis bene myſteria tua noſcens. tanta & tam dona p̄clara ſalutis ſatis enarrare valet? cui nulla lingua creaturę ad laudes debitas celebrādas idonea eſt. Te patris ęterni hoſtia in odorem ſuauiſſimū oblata. ſacram aram dicauerat: viuificantem exaltaſti ſerpentē: et vitale ſignum demonſtraſti populo. quo ſaluari Ieſus ab hoſtibus poſſit. Et quid amplius de te dicere poſſum: niſi hoc quod cuncta bona dederas. et mala cuncta auferebas.

De duodecimę figurę ratione. vbi nomen prothoplaſti ſitum eſt. XII

Eia modo dulciſona metricę artis fiſtula. vade ſalutiferam crucis dn̄icę laudem ſuauibus canere verſibus: opuſqꝫ mirabile redemptionis noſtrę. ſimul & cōſolationē vitę futurę deuotis celebrare laudibus: quia in ſancta cruce mors victa eſt diriſſima. et peccatorum noſtrorū vincula ſunt reſoluta. Lux nobis per Chriſtum redijt priſtina: et primę p̄uaricationis cōceſſa eſt venia. Nam primus Adam decorē immortalitatis nobis abſtulit. cum pomū ligni vetiti cōtra p̄ceptum guſtauit: & ſecūdus Adam ſaluator videlicet noſter. omnē venuſtatem. et omnē gloriam atqꝫ honorem ſupernę claritatis. nobis adueniens ſecum attulit. Vnius ob noxam multa et īnumerabilia ꝑpeſſi ſumus mala. et tēporalis mortis incidimus diſcrimina: Sic et vnius ob graciam fidelia ſaluantur agmina. et luce potiunt̄ ęterna. Deniqꝫ ſicut per lignum p̄uaricatiōis mors introiuit in totū orbem terrarū. et in infernū omnes deſcenderūt. etiam ipſi electi: ita & per lignum dominicę paſſionis mors captiuata eſt. et multi euaſerunt ex ea. etiam peccatis obnoxij. Vniuerſo ſcilicet orbi Chriſtus per crucē aditum vitę apuit. & in ea potētiam virtutis ſuę demōſtrauit: ipſamqꝫ relictis ydolorū cultibus honorabilem eſſe om̄ibus voluit. Per hanc ſui ſacramēti nobis patefecit archanum: & ad cuſtodiendū ius ſuę voluntatis nobiſcū firmauerat pactum. Primus homo de terra terrenus. terrenā generauit ſobolē. cui & immitē hęreditauit mortem: Secūdus quoqꝫ de cęlo cęleſtis. cęleſtem mūdo intulit generationē: et ęternam ſuis ꝓmiſit beatitudinem. Hic eſt dn̄s vniuerſorū. & creator oīm rerū: regnum ſolus cum patre & ſpirituſancto tenet ęternum: et ſecum regnare vult cętus glorioſos ſctōrum. Ipſe etiā per nomen Adam. quo iiii plagas orbis p̄ſignatas habet. poteſtatis ſuę qua dn̄at in toto orbe terrarū nobis dedit indicium. Nā anatole. dyſis. arctos. & mezembria: quatuor mūdi partes in capitibus voca-

bulorum ſuorum hoc reſonant. Vnde condecet vt cuncta viuentia atq; ſubſiſtentia dn̄m ſuum recognoſcant. et laudibus deuotis cōcinant. quod Hieſus Chriſtus verus eſt filius dei. et om̄ipotens dextera patris omnipotentis; cuius curatio ſalubris eſt & contactus medicina ſalutis ęternę.

De Terciędecimę ratione figurę. vbi ille dierum numerus comprehenſus quo Chriſtus in vtero virginis moratus eſt. XIII

ARbor odoris ſuauiſſimi et expanſione pulchrarū frondium latiſſima. ortus deliciarum incōparabilis afflues. vbertate largiſſima floribus virtutū et folijs ꝟborū iocundiſſima. ꝑ p̄dicatores ſancti euangelij fructificās. opes condis cęleſtes: exaltata quidem maieſtate ſuper omnia ligna ſyluarum honorabilis & decora exiſtis: quia claritas Chriſti inte crucifixi. glorioſam et ſpecioſā et venerabilē om̄ibus te exhibuit. Hoc quiſquis in fidei firmitate cōſiſtit. plena deuotione ꝓfiteť. licet dęmonis vis horrida ſalutem hanc credere atq; cognoſcere gētibus inuidens hactenus reluctetur. Varias quidem virtutum ſpecies in ſitu tuo demonſtras: & abundantiam ſpiritaliū diuitiarum te habere ſignificas. ex ſanguine Chriſti purpureo fulgore nites. et pro Chriſto animas noſtras ponere fortiter ſuades. In te eccleſiarum ſaluatoris celſitudo conſiſtit. et vnitas fideliū in fide et pace ꝑmanebit. q̊d etiā erectō tabernaculi Moſaici ſeu ędificatō tēpli Salomonici p̄figurabat: hoc & altare holocauſti ſiue thymiamatis. atq; ignis ī eis ſemꝑ ardēs ſignificabat: hoc et cādelabrum cū quatuor lucernis: hoc et ſabbati ocia indicabant: quia in Chriſto agno videlicet dei immaculato. pro ſalute nr̄a in ara Crucis īmolato. et fideliū eſt illuminatō. et requies ꝑpetua ſanctorū. Ipſe eſt ad vitam per paſſionē Crucis p̄uius noſter. ipſe ſalus ęterna. ipſe lux vera. ip̄e bonitas pijſſima. ipſe redēptio noſtra. ipſe eſt et vita ſempiterna. ipſe eſt princeps tamquā filius in domo ſua in eccleſia videlicet ſancta: ipſe eſt pax noſtra qui fecit vtraq; vnū: ipſe principatū diaboli deſtruxit. et conatus eius noxios retardauit: qui per frigus infidelitatis feruorem charitatis extinguere ſtudet. et per illecebras voluptatū fœlicitatem veram ꝓmittens fallax decępit: et per hanc dementiam iam quaſi captum irridens: manifeſtis viciorum vinculis & cathenis peccatorū ſtringit. O Crux ſancta. o arbor ſpecioſa. quę omnia cędrorū nemora altitudine & pulchritudine in compabili ſuperas: en numero competenti in cornibus tuis radiāti dona ſereniſſima et beatiſſima ꝑ aduentū dominicū portendis. Oſtendis enim ſeriem dierum: quibus ſaluator in vtero virginis incarnatus eſt: et per hanc moram patientię & humilitatis eius documenta nobis prebes: et quia cum lenitate & tranquillitatę per partum ad nos venit. manſuetudinē ſuam et obedientiā quam vſq; ad mortem in te ꝑpetratā ſeruabat deſignas. Ideo data eſt ei omnis poteſtas in cęlo et in terra ſecundum humanitatem. qui cū patre & ſpūſancto cęlum et terram & omnia que in eis ſunt creauit ſecundum ſuam diuinitatē: ſicut ſancti dudum cecinere ꝓphetæ

q̄d cęli et terrę factor ꝑuulus filius naſcerec̄ cuius īperiū ſuꝑ humerū eius eſſet

De figura Quartadecima in qua numerus annorum ab exordio mundi vſcꝫ in annum paſſionis Chriſti notatus eſt. XIIII

Vere dignum opus eſt. ac pręclarum valde. trophæū cęleſtis regis dulciſona modulatione pſallere: triumphum dominatoris ęterni cōpetenter predicare: quo mundū de poteſtate tyranni eripuit. ipſumcꝫ regno eius deſtructo ac reꝓbato. ęterno carcere damnauit: in quo etiam cęleſtia et terreſtria atcꝫ maritima regno. ſibi acquiſito fulcit atcꝫ ſuſtentat. Nam quando eius exaltatio fuerit ab origine naſcentis mundi accurrens. cū myſterio annorū numerus per notas grecorum in figura ipſius diſpoſitas exprimit. et ob hoc credentiū deuotio augetur: cum perſpicit conditorem omniū rerum tam cōgrue et tam cōuenienter rebus ipſis temporum ſeriem coaptare: ꝙ figura Crucis & redemptō in ea ꝑpetrata. ac ſalus ꝑ dona virtutum fidelibus collata. cum numero ſacris myſterijs pleno rite in omībus concordent. Denicꝫ principium libri geneſis manifeſtiſſime comprobat atcꝫ confirmat. quod dominus priſca ſęcula & creaturam ſuam inprincipio ab ipſo conditam. per ſanctam Crucem iuxta finem temporū renouauerit: quia dū poſt ſex dierum opera. hominemcꝫ creatum requieſcere deus dicitur. in ſexta ętate ſæculi. ac ſexta feria dierum per Crucem homine reparato. ſabbato in ſepulcro requieuiſſe redemptor demonſtratur. Diuino ergo nutu diſpoſitum ē ꝙ numerus. V.CC.XXX.I. figurę ſctē Crucis apte cōueiret. et ꝑ hoc demōſtraret paſſionis Chriſti ſacramentum omni nequicię dęmonū. ac falſitati prauorum hominū reſiſteret. opprimeretcꝫ potentia. et ſuperaret iuſticia omnē quicūcꝫ fraude ac dolo derogaret diſpenſationi dominicę incarnationis. taceretcꝫ penitus veritate conuicta omnis philoſophorū atcꝫ hereticorū verſutia: ſed nec vltra fallax Iudęorum factio dirum ac immitem affectū Chriſti opponeret euāgelio: quia ipſum virtus dei ē in ſalutē omi credēti. et per hoc pateſcit voluntas creatoris. et demonſtratur ſanctam Crucem omnia tempora mundi in electis dei qui ab inicio fuerunt ſanctificare. et regnum cęleſte promittere. quod per redemporem noſtrum cunctis fidelibus tribuetur. qui verbo eius obedientes corde credulo & opere mūdo deo placere ſtuduerunt. Species quippe ſanctę Crucis grandis conſolatio eſt fidelibus: materiam tribuit laudis. quia bonitatem nos ſcire facit creatoris: et ipſe prius hominē in paradiſo formauerat rectum: et nunc nolens eum perire fraude hoſtis antiqui. per Crucē illum recuꝑans reduxit ap paradiſum. Crux quippe eſt arx virtutū et remiſſio peccatorum. ipſa ſcilicet de his infimis atcꝫ caducis. ad cęleſtia & ſuperna prouehit omnes. quos per fidem et ſpem atcꝫ charitatē dignos eſſe ęterna viſione dei Chriſti electio comprobauit.

De Quintadecima figura. vbi agnus et quatuor euangeliſtę depicti ſunt. XV

Filius dei patris altiſſimi. qui dira iacula inimici frangis nequiſſimi. da mihi ſanctę Crucis victoriam carmine dulciſono modulari. Nempe euangeliſta Iohannes. velut altiuolans aquila. in ipſum ſolem iuſticię figens aſpectum mentis. verbum dei vera reuelatione cognouit. & claro ſermone predicauit atq; conſcripſit. Ita quippe gracia diuina pręceteris euangeliſtis collata eſt Iohanni: vt cum illi incarnationis ſaluatoris et humanitatis eius archana maxime conſcriberent. iſte diuinitatis eius ſacramenta pfundo ſermone reuelaret: quod videlicet factor omnium rerum. animam et corpus in ſe ſumpſiſſet humanum. et qui in principio deus vnus erat cum deo patre. in fine temporum viſibilis appareret in carne. Hunc figura leonis ſignificat regem. hunc vitulus prefigurat pontificem: quia ipſe vt leo et quaſi catulus leonis certamine confligens. opulentiſſimam arripuit prędam: atq; idem ſacerdos & hoſtia fieri dignatus. ſalutem nobis conceſſit ęternam: ſuiſq; participibus dona largitus eſt immēſa. Marcus quoq; in myſterio. vii. panum quibus. iiii. millia hominū Hieſus ſatiauit. myſtice. vii. dona ſpiritusſācti indicat. quibus euāgelicū populū ſaluator q̄ttidie reficit. O tu euangeliſta Lucas: regem iuſtiſſimum victimā ſalubrem predica. hoc fides tenet catholica: et pontificem clarum ſcriptis tuis reſona. qui totius mundi tollit peccata. Hic ergo cum eſſet manus ęterna conditoris. et patri ęterno cōſubſtantialis. ecce in diebus Herodis regis eſt natus in Bethleem ex Maria matre infans admirabilis. ad ſalutem videlicet miſſus totius mundi. Nobilis ipſe puer qui et vetuſtus dierū p prophetam deſcribitur: qui venit de Edom. tinctis veſtibus de Bozra: qui torcular Crucis ſolus calcauit: et licet fuerit in cruce ſuſpenſus. tamen aſtra ſuſtentauit arbiter ſupernus. Crucem enim patiēs ipſe ſanctificauit. glorificauit. et cęleſti benedictione ditauit. Igitur Mathęus qui primus in Iudea ſcripſit euangelium. humanum vultum figura denotans. ſignificauit Chriſtum de ſtirpe Dauid ſecundum hominem eſſe natum: demonſtrauitq; eum promiſſionis eſſe filium. cum Abraham in capite generationis poſuit. contra duriciam ſcilicet et obtunſionem cordis infidelium. qui negant Chriſtum ad ſalutem gentium eſſe deſtinatum. Nam hoc aduentus ſaluatoris veraciſſimū eſt ſignum: quod per patriarchas & reges gentis Iudeę generationis ordo deſcendens. ad ipſum vſq; peruenit Chriſtum. qui eſt ſaluator omnium hominū maxime fidelium.

De Sextadecima forma. vbi de ſeptem donis ſpiritusſancti narratur. XVI

Te ſanctę ſpiritus paraclite ſupplex deprecor: vt ſalubris ſuper nos a ſuperno ſolio deſcendas. et tibi dedices deuotam mentem vatis. cordaq; bene credula ac fida facias. quia tu quoq; ſpiritus es vitę: quem ſe ex p rate promiſſum Chriſtus dei virtus et dei ſapientia. diſcipulis ſuis mittere ꝓfiteř: donum videlicet illud. quo oēs ſanctos ſuos ante aduentū atq; poſt aduentū ſuū. admirabiliter ditauit: ſuāq; ſpōſam ideſt eccle-

ſiam ſibi in peregrinatione iſtius mundi deſponſauit: et ſaguinis ſui precio cõparauit. Cuicumq; ergo tu das intellectum. myſteria diuina per ſingula teſtimonia vtriuſq; teſtamenti pleniter capit. et intime doctus omnia ſagaciter inueſtigat. et veraciter penſat: qualiter te diuina ſapiētia Chriſtus in orbem miſerit. ſueq; ſponſe arram vel pignus dederit. dum coeternus deo patri et filio et conſubſtantialis ſimul. cū eis omnium rerum artifex exiſtis. et omnia penetras: nec eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu tuo. Te quidem Eſaias propheta diuinitus inſpiratus: in. vii. ſpecies nominū propter diuerſitatē donorū. qui vnus atq; idem es diſtribuit: atq; ſpiritum ſapiētie et intellectus. ſpiritum conſilij et fortitudinis. ſpiritum ſcientie et pietatis. et ſpiritū timoris dei nuncupauit. Chriſtus itaq; ſaluator noſter ac vite eterne dator. factis atq; mandatis te apoſtolis ſuis bis dare ſe oſtendit. cum bina charitatis precepta cōſtituit. vt deum ex toto corde diligamus. laudemq; eius pleno affectu pronūciemus. omnemq; ſcientiam noſtram atq; intellectum in veritate eius gracie deputemus. et proximos noſtros tamq; nosmetipſos amemus. Nam poſt reſurrectionem ſuam in ſuos diſcipulos ſufflans. accipere ſpiritum ſāctum eos iuſſit: et item in die penthecoſtes de celo in linguis igneis apparentem eundem ſpiritum ſāctum ſuper eos miſit: quod videlicet ſancta Crux dei in figura ſua nobis demonſtrat. Nam erecta eius pars diuinum. tranſuerſa quoq; fraternum cōmendat amorem: cuius amoris integritatem Chriſtus nobis oſtēdit. ac ſuo exemplo nos inſtruxit: qui dilectam animā ſuam in Cruce moriens pro amicis ſuis poſuit. et nos idem facere docuit. Hunc amorem ſemper laudabilis. et ſemper laudādus. ſancte deus ſpiritus tu pone in me: et timor noxius atq; carnalis affectus procul recedāt: quatenus gloria ſancte Crucis aucta ac multiplicata. mecum in vera profeſſione et digna laude ineternum perſeueret: quia tu es quidem ille qui os implet mutum. et celeſtem facit rite reſonare cantum.

De Septimedecime figure ratione. vbi octo beatitudines annumerantur. XVII

O Sancta et beata potens et venerabilis Crux Chriſti. laus vite future et gloria redemptoris. tu quidem proſpera functōes. et vitalis cunctis ab inicio ſeculis. benigna et honorabilis. quia cum Chriſti membra in te ſuſpēſa paſſione fatigabas. innumeros populos a tenebris peccatorum ſuorum eripueras. et cæli regnum quod per tranſgreſſionem ablatū fuerat. miſericorditer per gratiam reddebas: quoniam bonitas cōditoris non paſſa eſt perire illos qui ſpem in illa iam dudum habuerant. ſed p te remunerauit eorum bona merita. videlicet eternam eis tribuens coronam. Nam ſemen euangelice doctrine. quod in diſcipulorum corda ſaluator ſeminauit. ſecundum ſuum placitum in eorum opere multiplicauit. cum in monte ſedens docebat eos. et incipiens ab. viii. beatitudinibus largiſſima documenta protulit: nimirum per numerū figure ſancte Crucis aptiſſimum innuens: quia

ſancta Crux collatrix virtutum et inicium ac perfectio eſt. ſalutis noſtrę: et per ipſam fit ſaluatio et reſurrectõ nr̃a. Sic ergo cõdecet. et ſic o quicũq; es de iuſtorũ numero. quam diu hic ſis. diuinam laudem cũ timore et amore pro/fer: fac opera iuſticię. inimico tuo qui te perſequit̃ indulge. et preſta ei refrige/rium. pauperes Chriſti qui nunc in preſenti ſeculo lugent. et eſurientes ac ſiti/entes iuſticiam. ad vitam futuram toto deſiderio anhelant. benigne ſuſcipe: quia ipſi inſpiratione diuina cõpunguntur. ac ſurſum habentes cor contem/plantur. quis conſilio ęterno regit omnia. et quis miſeratione ĩmenſa indulget peccata. Hoc ego miſer latina lingua deſcribo. hocq; opto. vt ipſe refectõ mẽ/tis meę ſit in preſenti. et in futuro ſacietas ęterna. Non enim ſuperbus quiſquã hinc iuſtificabitur. quod ore et habitu humilitatem oſtendit. ſupernumq; re/gnatorem ſolo proſtratus adorat. dum interna cordis eius ſuperbe ſentiunt. et opes habens elemoſinas nõ facit. nec per valitudinem corporis ſui (cũ inte/ger viribus ſit) opera facit iuſticię: quia certum et perſpicuum eſt. ꝙ omni/tenens conditor non ſolum verba. ſed & facta bona et vitam honeſtam. omni tempore querat. Igitur quicumq; ęternam lucem veraciter querit. & ad ęter/nam beatitudinem vult peruenire. neceſſe eſt vt per octo titulos euangelicos. in quibus ſpecies verę beatitudinis exprimuntur. ad regnũ tendat ſupernum: quia et in ipſo numero reſurrectione generali perpetrata. poſt peractum iudi/cium ſancti dei pariter cum Chriſto regnum intrabunt ęternum: Crux quoq; Chriſti via eſt iuſtorum. aſcenſus ad cælum. rota de infimis ad ſuperiora nos trahẽs. dux et ianua regni. victoria noſtra. Per illam vitã poſſidebimus verã. et mercedem percipiemus ęternam: quę et binario quater poſito. octonariũ in ſe concludens. ſignificat quod per duo precepta charitatis. quę nobis ſancti .iiii. euangeliorum libri commẽdãt. promereri poſſumus gaudia ſempiterna. Hoc q̊q; omnipotẽs dei omnipotentis ſpiritus. qui nos per pacem & charitatẽ veram. ad regnum inuitat futurum. in ſeptem donis gracię ſuę aſcenſus in cor/dibus noſtris poſuit: vt demonſtraret eo modo rite poſſe quoq; cælum aſcen/dere fideles. ſi eius gracię participes fieri non neglexerint: et ꝙ eos expe/ctet ſurſum gloria & corona ſedis lucida in arce ſuperna. quos hic irradiauit cum virtute charitas vera.

De octaua decima ſpecie. vbi quadragenarius numerus poſitus eſt: XVIII

EXpone modo et laudans edic. o homo toto affectu animę. et vni/uerſis ſenſibus corporis triũphum nobilem victoris ęterni. quem gloria dominicę Crucis vbiq; expetit. ſuper celſa cælorum ſidera. et ſubtus abyſſi profundiſſima tartara. vbi lucis ęterne permanet candor. et vbi noctis perpetuę perdurat horror: nec non et per cuncta ter/rarum ſpacia. vbi nox dieſq; ſuis inconfuſis alternant vicibus. quouſq; mundi adueiat terminus. Hoc ſẽſus animi cogitet. hoc guttur voce reſonet. hoc lĩgua

in palato concrepet. hoc manus litteris ſcribat. hoc labia verbis exprimant. hoc ipſa figura metrico opere depicta notet: quę licet difficulter. tamen ordinabiliter per quadragenarium in .iiii. decades diuiſum et exemplatum. clara ſanctę Crucis preconia promit. qui numerus plenus myſterio venerabili. et ſuperno ſerenus lumine. inter cętera ſacramenta ſignificationis ſuę. preſentis temporis geſtat figuram: quo ſancta ęcclesia ſub Chriſto principe. contra ſpiritales nequicias et contra amatores mundi. ſcuto fidei et lorica iuſticię. galea ſalutis. et gladio ſpiritus (hoc eſt verbo dei) fortiter et inſuperabiliter pręliatur. et confidens ſui regis potentia. virtutiſq; eius conſcia. omnia tęla hoſtis antiqui frangit ac proſternit ignita. Vexillo quippe Crucis quam in fronte ſignatam. ipſa victrix glorioſe geſtat. partis aduerſę confundit frontem. atq; ſęuam inimicorum ſubito perturbat aciem. Ergo in ſancta Cruce ſaluator noſter antiquum hoſtē vicerat. et in numero eius figurę. rite et apte conuenięti quadragenario videlicet. ſacrum ieiuniū in deſerto protendebat: vt raptorē fraudulentiſſimum prius tentantem. per patientiam et humilitatem vinceret: ac deinde in nequicia ſua perſiſtentem ac perdurantem. ipſe moriens ęterna morte iuſte damnaret. Sicut enī ſerpens ille lubricus et callidus. hominē primum per gulam. auariciā. et vanam gloriā ad facinus illexit. et ita eum morti obnoxium reddidit: ſic et econtrario cōpetentibus medicamentis. ſaluator noſter per abſtinentiam. benignitatem atq; humilitatem. humanū genus ad vitā erexit. Ipſum q̄q; auctorē mortis. ęternis cruciatibus reum. victor tartaro ſubiecit. Chriſti quoq; pugna noſtra victoria eſt. eiuſq; triumphus nr̄a ſalus eſt: qui ſedet in cælorum arce. & ꝓſpicit in inferiora terrę. Cruxq; eius ipſa eſt totius orbis honor: ipſa totū ſuſtentat mundum. ipſaq; mihi carmine ſemꝑ et amore veñrabilis ꝑmaneat. ſemꝑ in ore meo laus. et exultatō in corde ꝑpetua.

De forma Nonadecima. vbi quinquagenarij numeri ratio eſt. XIX

ATtendite oculis et videte mente. audite auribus: et percipite corde. o omnes fideles. in quibus charitas Chriſti et amor ſapientię feruet: quibus curę eſt ad lucē ęternā peruenire. et incorruptionē atq; immortalitatem ſine fine percipere. Laudem Crucis Chriſti carmine depromo. Hic ſummi opificis virtus oſtendit. et beati operis decor exprimitur: artiſq; ipſius nobilitas declaratur. Veſter honor eſt nō caducus. ſed ſecundū redemptionis ordinē manet perpetuus: immortalis eſt veſtra in celis palma: quia Chriſtus ipſe vobis eſt victoria. qui ſalus noſtra veraciter exiſtēs. vindictam in hoſtem detorſit antiquū. et in Cruce deguſtās mortem. ipſū mortis deuicit auctorem: Huc omnes cōuenite ęgroti: et ęgritudinis veſtrę ne vos pudeat illi moleſtias cōqueri. Verus veſter medicus eſt iſte. quem ſancta Crux in patulo guſtauit ſtipite: ipſeq; manibus ſuis expaſſis ad medelā vos inuitat. qui vobis ſanitatē integrā citius preſtat. Pandite illi vulnus mētis. et in vlcere corporis virus latens nolite abſcondere: poſcite medelam cordis deuotione: et pulſate medicū in bonorum operū ſtrenuitate. Ipſius ergo ma-

nus ſalutifera: nõ in dilatione tẽporis nouit tardare. ſed in velocitate momẽti idonea eſt. ſanitatẽ preſtare omĩbus. qui ſalubriter metu cõpuncti. et cum reuerẽtia ab ipſo vero medico curari appetũt. cui ſũma eſt virtus ad curationẽ perficiendã. et ſapiens conſiliũ ad ſalutẽ preſtandã: qui de ſupernis et perpetuis ad infima et tẽporalia deſcendit. vt rerũ naturã (quę corrupta eſt) diuina diſpẽſatione reintegraret. metuſqꝫ mortis abiret. et ſigna beatitudinis per chariſmata diuina rurſũ in homine demõſtrarẽtur. Numerũ ergo quĩquagenarium ſalutarẽ nobis eſſe. ſanctę Crucis ſpecies in cornibus ſuis deſcriptum venerabiliter notat. et ſacramẽtis cęleſtibus plenũ eſſe rite deſignat. In illo enĩ veri iubilei ideſt plenę remiſſiõis noticia datur: in illo ſabbati requies rite celebratur. Ille legis veteris datione inſignis eſt: et in aduẽtu ſpiritus paracliti ſupͬ apoſtolos inſignior: ille pacis auctorem veniſſe prodit: et pacis ſignaculum perfecta recõciliatiõe inter deum et homines. per ſpirituſſancti graciã oſtẽdit: Ipſe venerabilis in ſpecie. ſalubris in figura: et perfectus eſt in ſacramẽtorum decore. Nam. x. littera figurę ſanctę Crucis aptiſſima. et denarium numerum deſignãs. per. ii. loca poſita ad exemplar ſãctę Crucis. quin qꝫ libros legis cum .x. preceptis ſignificat: quia quod lex vetus per figurã et vmbrã quodãmodo depinxit. hoc totũ Chriſtus per Crucem in nouo teſtamẽto ſecundũ veritatẽ impleuit. Omnia quippe ſanctę Cruci decẽtiſſime conueniũt: et character litterę et numerus in ea denotatus. legis myſteriũ et tẽporis ſacramentũ. factũqꝫ in hoc laudabiliter ꝑpetratũ: ideoqꝫ oportet vt omnes ſãctam Crucem laudemus pariter ouantes. crucifixoqꝫ regi inceſſabiliť gracias agamus. qui ſanguine ꝓprio vniuerſa laxauit debita mundo.

De Viceſima forma. vbi cẽtenarius & vicenarius numerus inditus eſt. XX

Ecce ſanguis Chriſti pia effuſio. et vnda illa quę ipõ dormiẽte in Cruce. de latere eius emanauit mũdat nos a ſordibus cũctis: quia ipſe redẽptor morte ſua. noxia cũcta a nobis tulit. cũ labes peccatoꝝ nroꝝ dempſit. et cirographũ qͩ erat nobis cõtrariũ ꝑ paſſionẽ ſuã deleuit Laudabile quippe dogma euangelij cõdidit: qͩ peccatoꝝ tenebras fugans omne facinus vetat. idolorũqꝫ culturas penitus abnegat. Quod vitã docens honeſtã. per virtutũ potentiam in ꝓdicatoribus ſuis cõmendat. vniuerſis ſub cęlo nationibus. Poſt aſcenſionem quoqꝫ ſaluatoris. apoſtoli ab ipſa veritate inſtructi. predicantes euangelium myſteria veteris teſtamenti per Chriſtum impleta et declarata eſſe teſtati ſunt: et ipſum finem eſſe legis & ꝓphetarum veris aſſertionibus firmauerunt. Deniqꝫ. cxx. numerum in etate legiſlatoris et in aduentu ſpũſſancti ſuper apoſtolos inſignem lauda lr̃a. ſecũdum ſignificationẽ ſuam quať poſita. ideſt in Crucis modum nobiliť complet. pandens fidei ſacramenta et verę beatitudinis demonſtrans gaudia: quia ſicut per .iiii. characteres laudę. ſancta Crux in vnũ colligit. cxx. vnitate ſita: ſpirituſſanctus adueniens in noticia omniũ linguarũ coadunauit. cxx. credẽtes. vnde aperte

ac manifeſte dat͂ intelligi. ſanctam Crucem veram eſſe noſtram redemptionē: et in ipſa veraciter noſtram conſiſtere vnitatem. Percepto itaq dono in loq- la omnium linguarum. alacer cetus credentium. lumen ſparſit vbiq diuinorū teſtimoniorū. coruſcāte ſimul frequentia miraculorum: et rete euangelij mi- ſit in pelagus iſtius mundi. vt ſagena domini retraheret homines de profundi- tate abyſſi. et conglutinaret ad ſoliditatem dominici vexilli: vtq īſignia Cru- cis Chriſti omnibus pateant. quomodo dona ſpiritalia quibuſq conſignet fi- delibus. et premia quę incarnatus ſaluator illis promiſit. ipſa fideliter eos per- cipere in cælis faciat: quę videlicet premia in auctu ſecundum meritorum qua litatem ſunt poſita: & ſponſor verus Chriſtus filius vtiq dei: ſimul cum patre deo & ſpiritu ſācto. quibuſq dignis multiplicia in ſupernis ſeruat. et veraciter donat rex regum in ęternum regnans. et omnia regna ditione propria guber nans: qui dederat nobis ſpiritū paraclitū. pignus ſalutis et hereditatis noſtrę: vt nos ſecundum voluntatem ſuam regens ſeruet: quoaduſq ouantes gaudia vitę faciat introire: pſallite vitam deuote: bene pſallite domino Chriſto. gētes omnes. tribus et linguę vniuerſę. et cognoſcite verum regē veſtrum. ſapientiā et virtutem dei patris: cuius potētia mors victa ſuccubuit. & memoria mortis deleta eſt. omniū rerum parentem Hieſum cognoſcite. Hęc laus quia ex vero et probato prolata eſt germine. finem et perfectionē habet ęternā requiē. Iſte enim naturę nrę inditus eſt ordo. vt in dicta cū reuerentia et tremore ſeruet. et in futuro perpetuā remunerationē expectet. Hęc q̄q eſt gl'ia noſtra. hęc & virtus. hęc vera ſtabilitas quietis ſūmę. iſteq iura religiōis bene ſeruat. et rite arbitrio ſuo vtit͂ qui bona ſūma prę oībus appetit. et media raciōabilit͂ regit.

Dē vicēſimaprima figura. in qua ſeptuagenarius et binarius numerus eſt comprehenſus. XXI

ERgo lex domini vera et irreprehēſibilis. duorum teſtamentorum libris conſcripta. in figuram ſanctę Crucis ponenda eſt. per quam et orbis terrarū ab ira debita ſolutus eſt. et vitam perpetuam por tumq ſalutis et quietis ęternę inuenit. poſt naufragiū videlicet illud. quod primus parēs noſter per preuaricationem diuini precepti ſup nos induxit. Nam quia per lignū vetitū mors ſęua totum genus humanū abſorbu it. ac ſuo iure captiuauit. vt hoc a poteſtate eiuſdē mortis eriperet. redēptori noſtro placuit. lignum ſanctę Crucis in terra erigere: quatenus hoc quod per gulę noxā hoſtis ille deglutiuerat. cuſpide ligni vitalis pfoſſus. per cōtinentię graciā euomeret. meritaſq penas inde lueret. q̄d cōtra omne ius & omne fas ſeruus nequiſſimus et fur doloſiſſimus. ſibi dn̄atum in alieno operę vſurpaue- rat. Hoc et iam auctor totius creaturę. & largitor duorū teſtamentorū deus intimare volēs. opus ſaluberrimū ſanctę Crucis et p legē pdixit. & p pphetas promiſit: & p euangelium ſuū ſe compleſſe fatetur. vt homines creatorē ſuū recognoſcerēt. redēptoriq ſuo gr̄as agerēt. Deniq ſctā atq magnifica Crux

hinc ſe totam ſerena luce coruſcam oſtendit. ſeqꝫ viam atqꝫ ducem ad perpe/tuam vitam nobis eſſe demonſtrat: ideoqꝫ radiis ſuis micans lampas lucis ęter/nę. omnes gẽtes ac populos ad cęleſtia regna prouocat. ab hoſteqꝫ miſericor/diter erutos pronunciat: ſicqꝫ nunc in nocte iſtius mundi poſitos ſua illuſtra/cione lętificat. atqꝫ hinc ad alta cęlorum benemeritos poſtmodũ eleuat. Nec ergo verendũ eſt q̃d vlla fallacia aliquẽ decipiat: ſed principe huius mũdi fo/ris eiecto. veraciter vera victrix regnat. Hinc quoqꝫ eſt quod in predicatione potẽtię et dominationis eius. ſancti predicatores miraculis coruſcãt. totumqꝫ orbem ſibi ſubiciant. redemptoſqꝫ per Chriſti gratiam deuotos corde. placi/dos moribus. manſuetos patientia. tranquilloſqꝫ conuerſatione perficiant. Ecce quot linguę ſunt nationũ in ſeptuagenario et binario numero. Crux ſan/cta exemplata demonſtrat: omnibuſqꝫ gentibus per hoc lucis portam paten/tem ſignificat: hocqꝫ per. lxx. et duos diſcipulos ſaluator ipſe p̃dicare iuſſerat. ſanctorumqꝫ archangelorum conſortia. poſt reſurrectionẽ generalem in cę/lis promiſerat: quod etiam ipſe numerus deſignat. Octonarius namqꝫ nu/merus et nouenarius in ſe multiplicati. ſeptuagenarium et binariũ creãt: quo/rum octonarius ad reſurrectionis tempus. nouenarius vero ad nouẽ ordines angelorũ reſpectat: ſicqꝫ catholica fides tenet ꝙ in fine mundi hoc eſt in octa/ua ętate ſęculi ſancti reſurgentes. in ſocietatem tranſeant angelorum. Omnia namqꝫ peccata mundi Chriſtus in paſſionis ſuę ardore conſumpſit. quando ex parte carnis in ipſa mortem guſtauit: ac per potentiam diuinitatis ſuę electos ſuos ab inferni carcere liberauit: et ſobrietatis ac fidei lumẽ. per apoſtolos ſu/os generi humano predicari iuſſit: legem videlicet ſuam veterem et nouam. quã in hoc q̃d ſanctę Crucis figurę cõgruit. leue onus atqꝫ iugũ. ſuaue eſſe. et ad cęlos ducendi idoneum omnibus credentibus ſibi demonſtrauit.

De Viceſimaſecunda figura. in qua monogramma depictum eſt. XXII

CHriſtus qui eſt verus redemptor noſter. in quo eſt omne deſide/rium noſtrũ. qui per gratiam ſuam hoc opus me facere voluit. O vtinam ipſe laboris finis. ipſeqꝫ michi ſit preciũ carminis. cui om/nia bona placent. quia ipſe omnium largitor eſt bonorum. Hic ergo hortatur inuitans omnes ad cęleſtia dona. ſpondetqꝫ hęc facile impetra/re poſſe. ſi ſpretis cũctis cupiditatibus iſtius mundi. per fidem ſpem et caritatẽ quis ea digne queſiuerit. Hęc quidem dona ipſe in hunc mundum veniens. et carnalem amorem gladio pię ſeparationis interficiens. per euangelii ſui predi/catores ſemĩauerat. et fructum pacatiſſimum in agro ſuo conquiſiuerat. Hoc quidem ſemper optimus magiſter docuit. vetans ne ad ima et procliuia ſe verterẽt: ſed magis ad ardua ſe erigerent. atqꝫ intellecto euangelio ſuo inolitã ſęuitiam morum deponerent. et mites ac manſueti eſſe diſcerent: quatenus in ſecundo ſuo aduentu cum aduenerit in gloria patris ſui. cum angelis ſuis red/dere vnicuique ſecundum opera ſua: tales inueniat. quibus propter merita

bona ęterna reddat et premia. Iſte quidem numerus quē in literis gręcis hoc monogramma figurat. domini ſaluatoris vtrumq; ſignificat aduentum. hoc eſt illum quando in humo natus principem huius mundi foras eiecit: poſt baptiſma ſcilicet ſuum. predicās euangeliū regni. et ſanans omnem languorem et omnem infirmitatem in populo. et illum quando idem iuſtus iudex homo Chriſtus Hieſus. de ſolio dei patris in iuſſu et voce archangeli. et in tuba dei deſcendit. et mortui qui in Chriſto ſunt reſurgent ad gloriam. ſecundum preconium ſancti euangelij et voces prophetarum. quæ teſtantur ſanctos dei viſuros bona domini in terra viuentium: quando venient et apparebunt ante faciem dei. Qui ergo boni meriti ſunt. tunc accepta talenta cum lucro reportant ad dominum. et ab omni labe peccatorum mundati (lauerunt enim ſtolas ſuas et cādidas eas fecerūt in ſāguine agni) illū ſequi ꝓmeruerūt. cantabūt deo canticū nouū. alleluia videlicet angelicū carmē. die noctuq; in templo ſancto eius: nec erit ibi luctus neq; vllus dolor. quę prima abierūt: omīaq; facta erūt noua. Igitur neceſſe eſt vt deum et dominum noſtrum fide plena. quæ vtiq; per dilectionem operatur placare ſtudeamus: quatenus ipſe tunc adiutor & ſaluator noſter fieri dignetur. quando ſecundum ſcripturas ad iudicium venerit: ignisq; ante eum prēibit. & inflammabit incircuitu inimicos eius. & veniēt miſtri eius. et colligēt de regno eius omnia ſcādala et alligabūt zizania faſciculis ad cōburendū: triticum autem congregabunt in horreum dñi ſui. O nimiū fœlix aīa cui licet cū corpore īcorruptibili intrare ianuas cęli. et mūdis oculis cordis auctorē cōſpicere lucis. Cuius deſideriū rite tunc implebitur. quando ex omni parte perfecta manebit. et ęterno gaudio cum ſanctis ſpiritibus angelicis. in luce perenni perfruet: laudes pſallēdo Chriſto: canticū vtiq; nouum domino cantando in eccleſia ſanctorum. in quo ſtudio poſtea nunq; laſſeſcere neſcit; quia ſic regna cæli habere perpetualiter appetit.

De Viceſimatercia figura. in qua vicenarius & quaternarius numerus annotatus eſt. XXIII

EN nobilis hic micat flos. et veri regis hoc eſt Hieſu Chriſti nomine pictus: quem figura ſanctę Crucis cornibus ſuis exemplatur. læta facta Chriſti demonſtrādo. Senarius ergo numerus. quem per ſingula cornua. terno verſu diſpoſitum ſancta Crux notat. perfectionem paſſionis Chriſti. noſtręque redēptionis deſignat: quia ſicut in ſenario numero mundi creatura perfecta ſignificatur. ita et ſenario numero per Chriſtum qui in ſexta feria crucifixus eſt. mundi reparatio perfecta inſinuatur. Clara nempe dies illa fuit. qua conditor opus ſuum perfecit: nec minus iſta clara eſt. qua redemptor opus ſuum reſtaurando ſanctificauit. Tunc ergo creator creaturam ſuam operando compleuit. et nunc etiam ipſam reparando benedictione cæleſti repleuit. deniq;.

ad inſinuãdũ myſterium. factũ eſt quod ſenarius in quatuor cornibus Crucis poſitus. per .iiii. plagas mundi tendit. rerum perfectionẽ demonſtrans: quia ipſe numerus primus perfectus eſt. ipſeq; diem artificialẽ dimidiat et bis poſitus cõplet: ipſe vnius menſis eſt pars ſexta. et totius anni ſexageſima. ipſe quadrantem biſextilem numerat. et cum .v. diebus ſuperfluũ coadunat: ordinat aetates mũdi. et tẽporum curſum finiet. quando rex regum veniet ſanctis ſuis placido vultu peccata dimittere. et regna cęleſtia tradere. Ergo bone rex Chriſte Hieſu. tu bene ſcis famulis tuis certa premia dare. quos ex oĩni mũdo vera fidei lux illuminans. et viuus ſapientię hauſtus irrigans. decor charitatis et iuſticię opera rite ornantes ad te perduxerant. Deniq; predictus numerus circa Crucẽ poſitus. indicat concurſum plebium a iiii plagis mũdi ad redemptorem ſuum. eius diuinitatem pro ęterna ſalutę deprecãtium: ut ipſius magnitudinẽ ex perfecto euangelij dogmate auide diſcant. et perfectã fidem perfectis operibus probent. Omnia quidem opera dei perfecta. perfectum inſinuant creatorem: ꝓprioq; decore eius decorem ineſtimabilem teſtantur. Vniuerſa quę in cęlis ſunt et quę in terra et quę in mari. optimum laudant artificem. At nos homines. qui aliquantula pars creaturę eius ſumus. licet non condignam. tamen deuotam cantemus gloriam nomini eius: et gracias ei agamus pro redẽptione noſtra: quia ille qui nos fecit et multiplicauit. ipſe nos proprio ſaguine de inimici poteſtate liberauit: ſic quoq; in hoc celebri carmine eius amorem quem in nobis ipſe oſtendit predicemus: quia hunc ineſtimabili pietate operando demonſtrauit. defenſando inſinuauit. ſuadendo quoq; et ſibi placitum eſſe oſtendendo nos habere precepit

De Viceſimaquarta ſpecie. vbi centenarins quadragenarius et quaternarius numerus ſignatus eſt. XXIIII

O Plebs dilecta deo. ſanctiſſimus ordo virginum benedicite domino Chriſto. cantantes ei canticum nouum. quod cęteris omnibus eſt imitabile. Pſallite decus glorię immortalis ante ſedem altithroni: & ante .iiii. animalia quę diuerſis vultibus formata ſunt. et ante xxiiii. ſeniores ſedentes in. xxiiii. ſedilibus. Vos eſtis ſumpti ab hominibus primitię deo et agno: pulchręq; cohortes. ſaguinis illius precio comparatę. in eius caſtris conſiſtitis: ac digniſſimas laudes triũphi nobiliſſimi cantatis. Veſtra manus cytharis modulans. vultum dei ſerenum ac placabilem terrigenis reddet: cum clamore valido atria domus domini replens. tamquam vox tonitrui magnitonat in ęthere: et ſicut vox concrepat aquarũ multarum in vallibus. In ore quoq; veſtro non eſt mẽdacium inuẽtum. neq; in corde dolus: ſed pia carmina aptantes. dignas laudes ante thronum dei. die noctuq; concinitis. ꝑ indicia virginitatis & caſtitatis corporis atq; animę. quę in vobis rex veſter ſuper omnia diligit. Nam hanc animam vobis nullus alius dedit.

ꝙ ductor et conditor veſter: vt ſine vlla reꝑhenſione viuētes in terris, ęternā inde remunerationē poſtmodū acciperetis in cęlis. Quapꝓpter ꝓbatiſſimus et ꝑfectiſſimus ordo virginū, qui diuerſo ſexu & in diſſimili ętate in mūdo cęleſtem cōuerſationem agebas, ab omī fornicationis inquinamento alienus, et ab omī ſpurcicia diaboli immunis: per officiū oris ac deuotionē cordis geſtū ꝙ corporis placidus laudes deo decanta. Ecce trāſitus veſter ad cęlū directus eſt, vbi merces æterna vobis parata eſt: vbi īmaculatus virginis agnus prata depaſcit florida, quē et vos ſequētes quocumꝙ ierit amœna carpitis paſcua, ſingulas ſtolas cum laude caſtitatis in animabus veſtris iam tenetis, alias iuxta finē mundi in corporibus inmortalibus accepturi, duplici honore gaudebitis Quapꝓpter oramus & obſecramus vos o populi, et agmina cęleſtis militię, ꝑ nomē nobiliſſimū et inſigne famoſiſſimū decoris veſtri: vt vbi vos iam læti cū rege veſtro regnatis: ibi nobis ęterna gaudia ꝓmereri certetis: quatenus agnus ille dux & gloria veſtra, qui cęli dominat̄ in arce, cōcedat nobis locum ibi ſpacioſum et deſiderabilem, vt veſtrum cantum et ſi non cantare poſſimus ſaltem cum iocunditate per ſęcula audiamus.

De Viceſimaquinta figura, vbi Alleluia et Amen poſita ſunt XXV

O Laus pia & ꝑpetua ſanctę Crucis, quā ſanctorū cœtus in cęlis frequentat aſſis terrigenis: vt aliquid decenter et digne de te ꝓferre valeant, et pleno ore gloriam tuam p̄dicare. Ego nāꝙ ꝓut potui te ſancta Crux metrico ritu cecini, multum tibi deſiderans in hoc ſatiſfacere: ſed tu excedens dignitate quātitatem virium noſtraꝝ largitionem quoꝙ munerum noſtrorum ſupaſti: Nec mirum, cum etiam cęleſtia ſimul & terreſtria cūcta ſuperas, nec ſatis valet vllus maieſtati tuę facere aut verba cōdigna honori tuo aptare. Quapꝓpter temptaui ex cęleſtibus odis quędam verba ad laudandum te ſumere quę etiam ſpecici tuę figurę quę conueniret: diſpoſui eadem verba in pagina verſuū non cōtinuatim: ſed diſperſe et inſerui angelicos cantus, amen videlicet in medio Crucis collocans: et cum Alleluia cornua illius cōplens, vt ſic quoꝙ hanc ſacram effigiem cęleſti carmine ſignarem, et myſterium per hoc inſinuarem. Nam fideles quiꝙ et iuſti famuli dei mundi ſceptra hinc triūphāt, et munerum illius decorem ſpernunt, hoc palam predicātes, ꝙ ſpe ęternorū ardor fidei per os electorum reſonās premia cęleſtia ſuis conſortibus preparet, et antiquum hoſtem aufuget, qui primū humano generi ſęuiſſimā intulit mortem, et a ꝓthoplaſtis parentibus noſtris, totam progeniem vſꝙ in aduentū Chriſti ad inferni loca detraxerat At nos quos deſiderium ęternorum ad cęlos animo eleuat, preocupemus faciem domini in cōfeſſione, et in pſalmis rite iubilantes, graciam in conſpectu eius inuenire ſtudeamus: taliter in laudibus ipſius exultantes: qualiter iuſticię expoſcit ordo, et ſanctorum agmina in cęlis perpetualiter concelebrant, Hoc tunc rite fiet, ſi implere contenderimus p̄cepta tonantis, et non ſolum lingua

ſed etiam cogitatu atq͡ʒ opere laudes et gratiſſimas dicere decertauerimus? Nam ſermo fidei tantum ore prolatus. ſine concordia mentis et operis non ſufficit ad ſalutem: quia talis laudatio non eſt deo placita. quę licet ſibi grandia promittat. parua tamen meretur: quia ſcriptum eſt: nō eſt pulchra laudatio in ore peccatoris. Vos igitur precor cęleſtes angelorum plebes ac ſpiritus. animaſq͡ʒ iuſtorum. qui in cōſpectu glorię maieſtatis diuinę veraciter exultatis: vt ſicut ſine ceſſatione Alleluia & Amen perpetuum. domino Chriſto in ęternum cantatis. ita noſtram quoq͡ʒ ſortem precibus adiuuare ſtudeatis. quatenus beatitudinem veram quam vos iam perfecte tenetis. tandem aliquando per Chriſti graciam nos accipere mereamur.

De Viceſimaſexta figura. in qua prophetice ſententię denotātur. XXVI

TE igitur o ſancta Crux Chriſti oracula ꝓphetarū bene honorant: facta predicant. virtutes exaltant. quia quicquid plebs illa ſacratiſſima. et diuino ſpiritu inſpirata vaticinando de Chriſti aduētu protulit. tuę potentię gloriam in eo reuelauit: cum non ob aliud ipſe ſaluator in mundo apparuit. niſi vt per te ſaluaret genus humanū. Videamus ergo quid propheta et pſalmiſta Dauid dixerit: ſi forte ſignanter aliquid de te locutus ſit. Ait enim. foderunt manus meas et pedes meos. dinumerauerunt omnia oſſa mea. Quid eſt ergo manus et pedes cōfodere. oſſaq͡ʒ omnia dinumerare. niſi Chriſti membra in te diſtenſa clauis configere? Item Dauid dicit. Dederunt in eſcam meā fel. et in ſiti mea potauerunt me aceto. Hoc vtiq͡ʒ ſignificans quod euangeliſta de Chriſto expoſuit dicens. Poſtea inquit ſciens Hieſus quia iam omnia cōſūmata ſunt. vt conſumaretur ſcriptura dicit. Sitio. Vas ergo poſitum erat aceto plenum. Illi autem ſpongiā plenā aceto. hyſopo circumponentes obtulerunt ori eius. et alibi ſcriptum eſt. Dederūt ei vinum bibere cum felle mixtum. Hīc quoq͡ʒ Eſaias propheta vaticinans ait. Paruulus natus eſt nobis et filius datus eſt nobis. et factus eſt principatus ſuper humerū eius: et reliqua. Et item ex perſona Chriſti dicit. Corpus meum dedi percutientibus. et genas meas vellentibus. Et item. Faciem meam nō auerti ab increpantibus et conſpuentibus in me. Et leuabit dominus ſignum in nationibus. et congregabit profugos Iſrahel. et reliqua. In his ergo omnibus ſentenciis. et tui erectionem & paſſionis Chriſti veritatem Iudęorumq͡ʒ expreſſit ſeuiciam. Hieremias vero deſcribit Chriſtum quaſi agnū innocētem ductum ſine voce ad immolandum. lignumq͡ʒ in panem eius miſſuros incredulos: quod ſignificat panem vitę in te eleuādum. mortemq͡ʒ carnis guſtaturum. Eʒechiel vero T. tau litteram tuam effigiem ſimilantē. ſuper frōtes virorum gementium et dolentium eſſe poſitam aſſeuerat. ob liberationem cladis vaſtatoris. Sic tu q̊q͡ʒ ſancta Crux non infirmitas vel ignobilitas eſſe ſanctis ꝓphetis oſtenſa es. ſed virtus firma. laus ꝓcipua. et nauis ſeu portus fideliſſimus in ſubleuando totius orbis naufragiū. Nam Daniel ꝓdixit Chriſtum dn̄m a perfidis occidē-

dum: et ſic peccati noxam finiendam. Oſee interfectōnē mortis. ſaluationēq; deſcribit populi: et Iohel obſcuritatē ſiderū in morte Chriſti prenūciauit futuram. Amos feſtiuitates iniquorum in luctum conuertēdas. et omnia cantica eorum in planctum. Abdias dolos Iudeorū contra dominū et eccleſie ſaluationem expreſſit. Ionas quoq; ſuo exemplo triduanā ſepulturā domini preſigurauit. Micheas Chriſtum montē domini appellans. cōuentum populorum ad ipſum predixit: Naū vltorem eſſe futurū impiis et cōſolatorē piis. dominū promiſit: Abacuc quoq; plano ſermone cornua tua: o ſancta Crux in manibus Chriſti ſplēdeſcere teſtat̄: et Sophonias aduentū domini prenūciat futurū: et diem reſurrectionis eius deſcribit: Aggeus quippe in comotiōe celi et terre deſideratum omniū gentium aduenisſe teſtatur: Zacharias videt Hieſum in veſtibus ſordidis mortalitatis noſtre. et plagas in mā̄ibus eius fixas. planctūq; multorum ſuper eo quaſi ſuper vnigenito: Malachias quoq; licet nouiſſimus in ordine duodecim prophetarū ponatur. luculente tamen. vt ceteri dominatorem terre ad templum ſuum venire deſcribit. & purgare miniſtros ſuos examinatione valida. quod poſſint ipſi ſacrificia offerre iuſticie. Hec cuncta ſalutis dona. et valida iudicia in te perpetranda. O ſancta Crux Chriſti ſancti cōcorditer precinuere prophete: et ad hoc te auctor omniū rerum deſtinauit: et omnia in te ſine vlla dubitatione que de eo promiſſa ſunt ipſe perfecit.

De Viceſimaſeptima forma. in qua apoſtolorum ſententie collocātur. XXVII

NOn minus tua iura o ſācta Crux. teſtatur littera noui teſtamēti. q̄ ſcriptura legis veteris: quia dona gracie diuine que illa ſpondebat futura. hec per incarnationē ſaluatoris docet eſſe cōpleta: indeq; maxīe claret. ꝙ Chriſtus Hieſus dominus eſt legis vtriuſq;: quia proprio ore geminū mundo patefecerat abyſſum: legem videlicet exponens. et euangeliū condens: ſanctorūq; deſideriorum voto reficiebat antiquos. et oſtenſione ipſarum rerum ſatiabat poſteros: bonus. verax. omnibus equus. Vnde fit. ꝙ apoſtolicus cetus de tua ſanctiſſima cōſtructione ſermonē ꝓtulit iocūdiſſimū. factaq; tua magnifica ſaluberrimo oſtendit relatu. Nam Petrus qui in apoſtolorū ordine primus eſt. fortiter de te perſuaſionis ſumpſit exemplum: ita dicēs. Chriſtus ꝓ nobis paſſus eſt fratres. vobis relinquēs exēplum. vt ſequamini veſtigia eius: Et item. peccata inquit noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum. vt peccatis mortui. iuſticie viuamus: cuius liuore ſanati eſtis. Hinc quoq; credo. quod ipſe qui pro impiis et ingratis animā ſuā poſuit ad deuotorum atq; fideliū ſibi preces aures ſue pietatis inclinet. Proinde ego miſer. ſi honorificentia eius aliquod munuſculū dignabitur artis humane accipere. hoc carmen ei ſūmo niſu opto offerre. quia in eius bonitatem confido: quod pie deuotionis munera ipſi non diſpliceāt. ſi perſeuerauerimus in vera confeſſione nominis eius. Aſt nos beatus Iacobus apoſtolus hinc exhortatur.

exemplum patientię Chriſti nobis oſtendẽs. Exemplũ inquit accipite fratres laboris et patiẽtię. prophetas qui locuti ſunt in nomine domini Hieſu Chriſti. Ecce beatificamus qui ſuſtinuerũt. ſufferentiam Iob audiſtis. et finem domini vidiſtis. Hinc et dilectus domini Iohãnes. ad mutuã dilectionẽ nos prouocat. Chriſtum in mediũ proferens: vt ſicut ipſe pro nobis animã ſuam poſuit. ita et nos pro fratribus noſtris animas ponamus. Iudas quoq; ſeruus Chriſti. frater autem Iacobi. ſub exemplo Hieſu ſucceſſoris Moyſi. demõſtrauit Hieſũ Chriſtũ eduxiſſe nos ꝑ Crucẽ. de ſpiritali Aegypto. ideſt de ꝑtãte tenebrarum et incredulos perdidiſſe. Paulus ergo non paululum. ſed magnifice de te locutus eſt. qui auditoribus ſuis ait. Nõ enim iudico me inter vos aliquid ſcire niſi Chriſtum Hieſum. et hũc crucifixũ. Et cõtradixit ſibi gloriari. niſi in Cruce domini noſtri Hieſu Chriſti. per quem illi mũdus crucifixus ſit. et ipſe mũdo. Chriſtumq; affirmat propter mortem Crucis. accepiſſe poteſtatẽ in cęlo et in terra et ſubtus terram. ita vt in nomine Hieſu omne genu flectatur. cęleſtium terreſtriũ et infernorũ. et omnis lingua cõfiteat̃ quia dominus Hieſus in gloria eſt dei patris. Ecce ſancta Crux Chriſti apoſtolicus ordo. quam concinne antiquis prophetis tuas laudes profert. ita vt in nullo diſſentiat: cum ea quę ipſi precinebãt futura. iſti in te cõpleta affirment: quia tu verę cõcordię ſignũ cęleſtia ſimul et terreſtria. vetera et noua omnia perficias.

De figura Viceſimaoctaua. vbi opifex ipſe ſanctam Crucem adorat XXVIII

OMnipotens maieſtas. virtus excelſa. creator cęleſtiũ et formator terreſtriũ. dominus deus ſabaoth. qui verus conditor et redẽptor es hominum: tu laus noſtra es. tu virtus et gloria cum ſalute vera. tu es rex regũ. tu doctor ignorantiũ. rector fidelium et magiſter credentiũ: tu ſũmus et princeps es paſtorũ. tu pius protector tuarum ouium: tu ſancte ſaluator auctor es totius boni. dux bonus. via recta. lux vera et vita perpetua: merces clara. et oſtium ſalutis ęternę. Ex te omnis ſenſus. vox verbum et virtutũ omnium fructus procedit. Ad te ergo direxi ſermonẽ in primordio huius operis. et quęcũq; in ſequẽtibus addidi. ad tuã laudẽ peruenire optaui. Cor meum ad te ſe eleuat: mentis meę tota intẽtio ad te clamat: quicquid vſquam lingua rectę cõfeſſionis. ſeu manus bonę operationis cum deuotione pię mentis profert. totum ad laudem tuam pertinet. Omnia namq; te glorificãt et benedicũt. quę in imis et q̃ in ſupernis ſunt: nec nõ et ego pars minima tuę creaturę. te dominum verum ſupplex et lętus adoro. atq; Cruci tuę ſubmiſſe et humiliter ſalutans dico. O lignũ vitale et ara ſalutifera: te adoro. ſpem vitę ęternę deprecans: vt per te ſtructuram ſanctiſſimã hoſtia grata deo oblatus exiſtam. Hoc meũ eſt deſideriũ. hoc validus amoris feruor. hoc tota intentio mentis et famina linguę exorant. hoc eſuries cordis et ſitis eſt animę: vt per paſſionis tuę graciam me tibi oblatum famulũ ſuſcipias. tuaq; crucifixio

totum quod in me tibi contrarium ſit conſumat. et carnalem ęſtum temperet: iram extinguat. linguam a prauo et vaniloquio cōpeſcat. et pietatis verba in os meum reponat: omnē perturbationē mentis pacificet. et vitam honeſtam deducat. Ergo quando adueneris domine Hieſu. iudicare viuos ac mortuos ac ſeculum per ignem. et cōſumpſerit flāma aduerſarios tuos. omnes qui oderunt nomen tuum. in nouiſſima tuba et tempeſtate valida. quando ſecundum euangelium tuum apparebit ſignum filij hominis in cęlo: et plangent ſuper ſe omnes tribus terrę. intuentes in eum in quem pupugerūt: Obſecro. vt tunc a flāmis vltricibus ſancta Crux me eripiat: atq; ab ira agni propriū poetam defendat: cui cano carmen preſens. et vtinam vſq; in finem vitę meę placita illi et honorifica ſemper decantē. minimus omnium ſeruorum tuorum et peccator Rabanus. hymnis laudibus. corde. ore. manu et totius geſtu corp̄is. hoc ſemp̄ memorans. quanta bonitate nos tu conditor noſter creaſti. et quanta pietate redemiſti. cum ab inferni carcere et gehennę flāma nos liberaſti. Et nūc bone ſaluator deprecor. vt des mihi requiem illam. quam fidelibus tuis promiſeras te daturum in arce polorū: vbi vere populus tuus ſabbatizat. ſabbatho perhenni fruens. Interim quoq; quamdiu ſim in hoc corpuſculo. dirige me in ſęmita recta fidei catholicę: ſuſtenta firma ſpe. refice tua dilectione: vt ipſe mihi ſis refrigeriū in via. quem requiem deſidero habere in patria. Sine vlla enim diffidētia. omnia promiſſa tua credo eſſe veriſſima. iudicia tua pertimeſco rectiſſima: dona tua expecto dulciſſima. Preſta vt in te gaudens tecū permaneā in ęterna lętitia. O Crux alma dei. vſq; huc quantū potui laudem tuam cecini: ſed quia triumphū perpetē expetis. quem in his mortalibus pleniter et p̄fecte non inuenis: confer te ad cęleſtia angelorum agmina. ibiq; tibi laus perpetua per cuncta ſonabit ſęcula. Libri Secundi Finis.

PERORACIO.

Habes nunc dulciſſime lector Rabanū in mirifico carmine de laudibus ſanctę Crucis. in qua ſalus noſtra pepēdit. qua contra tetros hoſtes omni momento vtimur. Legito hos verſus poſthabitis turpibus. obſcœnis. īpudicis: Aſueſce deinceps chriſtiāos lectitare poetas. qui tibi nō minus quā gētiles latinitatē. elegantiā. tropos. bonos mores. Syllabarūq; mēſuras ſuppeditare poſſūt: Recipiat̄ nūc in manus. pro Lucrecio Rabanus. pro Virgilio Sedulius. ꝓ Ouidio Alcimus. ꝓ Propcio Lactācius: pro Stacio Arator. pro Catullo Proſper pro Tibullo Iuuēcus. pro Horacio Prudēcius. pro Martiale Epigrāmata Engelhardi Scintillę. et Hermāni Buſthij. pro Lucano Galterus. pro Iuuēale Baptiſta Mātuanus. Sic chriſtiāi ephœbi ex chriſtiāis poetis a chriſtiāis p̄ceptoribus ad Chriſti honorē chriſtiāe īſtituēt̄. Auguſtīus nr̄. confitet̄ ſeſe in vanis gētiliū ſētēciis multa didiciſſe ꝟba vtilia: quę etiā in rebus nō vanis diſci poſſūt: et eā viā eſſe tutā. in qua pueri ambularēt. Nō enī p̄ hāc turpitudinē verba iſta comodius diſcūt̄: ſed p̄ huiuſcēodi ꝟba turpitudo iſta cōfidētius p̄petrat̄. Adde

ꝙ ipſemet Ouidius turpiſſimoꝝ verſuum auctor: naturali conſciẽtię ductu impulſus. nobiſcum ſentit his verſibus.

Eloquar inuitus: teneros ne tange poetas
    Submoueo dotes impius ipſe meas.
Callimachum fugito: non eſt inimicus amori
    Et cum Callimacho tu quoqꝫ Cohe noces.
Me certe Sapho meliorem fœcit amicę
    Nec rigidos mores Teia muſa dedit.
Carmina quis potuit tuto legiſſe Tibulli?
    Vel tua: cuius opus Cinthia ſola fuit?
Quis potuit lecto durus diſcedere Gallo?
    Et mea neſcio quid carmina tale ſonant.

Si id gentilis et obſcœnus Naſo ſuaſit: erubeſcãt deinceps Italici preceptores interpretari. apoſtillare et legere mollibus ephœbis impudicos poetas. quid prodeſt ignem igni adicere? ſanguinẽ ciere. furorẽ ampliare. malos cogitatus immittere: amoris ſtimulos imprimere: phantaſiã incitare: racionẽ ledere: a pudore. pudicicia et ab omni virtute abſtrahere: ab vtiliori ſtudio auertere: ad beſtialẽ voluptatẽ incendere: tenerã ętatem perpetuo corruptã reddere: motus carnis et libidinem vltro venientẽ prouocare: adoleſcẽtes inficere: venenum pueris tradere: et quod alioquin pro paruo vicio ducunt: vt poſt hac nullum omnino eſſe credant: auctorũ fama perſuadere: Ve mũdo a ſcandalis ait ſũma veritas: et is: in cuius manus incidere horrendũ eſt. Vale cãdidiſſime lector. Ex ſuburbano nobilis Heluetiorũ vrbis Argẽtinę. v. idus Iulij. M.D.II.

Vale fœlix Germania inuẽtrix artis. qua vnus. vna die tantũ imprimere põt: qua vix mſti toto anno ſcribere poſſet: Fœlix et ipſa inuẽtrix tam mirandi ſtupẽdiqꝫ carminis. quod tum Itali tum Galli ſuis hiſtoriis maximope celebrarũt.

Et tu quoqꝫ lector vale: qui pleroſqꝫ cauillatores poetas: leuibus: frigidis futilibuſqꝫ preditos numeris. & qui in confeſſa ſunt damnatione: tuis non dedignaris adhibere vigiliis. patiare & hũc te penes nidulari cõmorariqꝫ petitũ impetratumqꝫ volumus: quem conſtat incomparabili magiſterio ſolertem & in ſalubriũ cognitione rerũ ſagaciſſimũ extitiſſe: qualia ſingula per ſucceſſiuas & ſubſecundarias lectiones penſitãdo vim ipſam ſẽtenciarũ. virtutẽqꝫ ꝟborũ (niſi ſęuitate maledoctus et inuidia irritatior fueris) ſufficientiſſime cõperies.

Inter Epigrãmata ꝑſulum Magũtinorum in mõte ſcti Albani: Mauri q̊qꝫ nr̃i ſequens illud exciſum ſculptũqꝫ ꝓhibet: vetuſtate ne euenerit. apicibus litterarum illegibilibus aut alia quadam immundicia deletis detritiſqꝫ. Ad nos vſqꝫ quantum peruenerit: tuis (lector) pretendimus luibus: cui ſi voles mundius conſultum venuſtiuſqꝫ adeo: ne mẽdum quidẽ appareat: originalibus cõferas ipſe characteribus atqꝫ contendas oramus: ne noſtrę donandum hoc quoqꝫ decernas imperitię denuo atqꝫ iterum uale.

Epitaphium Rabani.

Lector honeſte meam ſi vis cognoſcere vitam
Tempore mortali. diſcere ſic poteris.
Vrbe quidem genitus ſum & ſacro fonte renatus
In Fulda: poſt hęc dogma ſacrum didici.
Quo monachus factus. ſeniorum iuſſa ſequebar:
Norma mihi vitę regula ſancta fuit.
Sed licet incaute hanc nec fixe ſemper haberem
Cella tamen mihimet manſio grata fuit.
Aſt vbi iam plures tranſiſſent temporis anni
Conuenere viri vertere fata loci.
Me abſtraxere domo inualidum. regiq; tulere
Poſcẽtes fungi pręſulis officio:
In quo nec meritum vitę nec dogma repertum eſt:
Nec paſtoris opus iure beneplacitum.
Promptus erat animus: ſed tardans debile corpus.
Feci quod poteram. quodq; deus dederat:
Nunc rogo te ex tumulo frater dilecte iuuando
Commendes Chriſto me vt precibus domino.
Iudicis ęterni me vt gracia ſaluet in ęuum.
Non meritum aſpiciens: ſed pietatis opus.
Rabani nempe mihi nomen: lectio dulcis
Diuinę legis ſemper vbiq; fuit.
Cui deus omnipotens tribuas cęleſtia regna
Et veram requiem ſemper in arce poli.

Sediſſe ferunt annis IX. obiiſſe vero DCCC.LVI.
ſepultum quondam Maguncię in monte ſancti Albani,
nunc traductum. Fuldę quieſcere.

Librarii de ſe ad lectorem: & cuias ſit: Epigramma.

Ipſe magiſterium tu te cognoſcis abunde:
Sed patriam ſi vis: nomen et artificis:
Eſt natale ſolum Baden: ſedes mihi phorcys:
Dicor & Anſhelmi bibliopola Thomas.

Phorçheim. in ædibus Thomę Anſhelmi. Martio
menſe. M.D.III. Sub Illuſtri
principe Chriſtofero
Badeñ:

PECIAL 84-B
FA 10702
7420
F11
A65
F.03